A. Schlegel

170

Msc. Dresd.
e 90, LV

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/1

Grammatica
Sanscrita. Cap. I. II

Synopsis linguarum
Cap. 3. 4.

Nomina Persarum ex
Herodoto

62000

170

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/2

LV 1

6200a.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/3

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/4

LV 1

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/5

Grammatica Sanscrita
in compendium redacta.

Caput I.
De litteris.

§ 1.

Lingua Indorum prisca, in libris eorum venerandae antiquitatis consignata, a grammaticis Sanscrita (संस्कृत) dicitur: id est, expolita, castigata. Cui opponitur Pracrita (प्राकृत), lingua ~~vel~~ vernacula vulgaris, qualis ab ore indocto olim proferebatur.

§ 2.

Ab utraque distingui debent linguae hodiernae per Indiam citeriorem ~~propagatae~~ dispersae. Harum ~~est~~ recentior est origo: corruptae sunt plerumque e lingua Sanscrita, declinatione nominum atque verborum manca, vocabulisque barbaris admixtis.

§ 3.

Varia scripturae genera linguae Sanscritae accommodari possunt, et

pro cuiusque provinciae consuetudine a librariis ei accommodantur; ita tamen, ut litterarum numerus, ordo atque potestas, omnia praeter formam, intacta serventur. Sed praestat et antiquitate, et nobilitate et elegantia, character Dêvanâgaricus, quo nos utimur, post quem proximus in censum venit Bengalicus.

§4.

Uterque character legitur a sinistra versus dexteram, qui mos et cuncta scripturae genera, in ipsa India citra Gangem inventa, pervadit.

§5.

Scriptura Dêvanâgarica est quadrata; teguntur litterae a parte superiore linea recta transversa, quae continua fere excurrit supra vocabula singula vel inter se iuncta, nisi quod in codicibus elegantioribus syllabae exiguo intervallo a se invicem separantur. Ab hac deducitur alia linea ad perpendiculum directa; deinde in utriusque demum angulo pingitur ipsius litterae figura. Sunt tamen litterae, quae fulcro

omnino careant, in aliis quibusdam illud per mediam transit figuram.

§ 6.

Elementa linguae Sanscritae numero sunt quadraginta novem. Quorum ordo facillimus et maxime usitatus hic est.

Vocales.

Simplices. अ, ă. आ, ā. इ, ĭ. ई, ī. उ, ŭ. ऊ, ū. ऋ, rĭ. ॠ, rī. ऌ, lrĭ s. lĭ. ॡ, lrī s. lī.

Diphthongi. ए, ê. ऐ, ai. ओ, ô. औ, au. Puncta. अं, am. अः, ah.

Consonantes.

	Tenuis.	1 Adspirata.	Media.	2 Adspirata.	Nasalis.
Gutturales.	क, ka.	ख, kha.	ग, ga.	घ, gha.	ङ, nga.
Palatales.	च, cha.	छ, chha.	ज, ja.	झ, jha.	ञ, na.
Cerebrales.	ट, ṭa.	ठ, ṭha.	ड, ḍa.	ढ, ḍha.	ण, ṇa.
Dentales.	त, ta.	थ, tha.	द, da.	ध, dha.	न, na.
Labiales.	प, pa.	फ, pha.	ब, ba.	भ, bha.	म, ma.

Semivocales.

य, ya. र, ra. ल, la. व, va.

Sibilantes et ad spiritus asper.

श, ṣa. ष, sha. स, sa. ह, ha.

§ 7.

Additur hisce littera quinquagesima, ळ, ut videtur, ll duplex Cambrorum, sive ł blaesa Polonorum. Cuius in grammatice nulla est habenda ratio, quum

in solis libris sacris vetustissimis ~~ab~~ (Vêdis) obvia, postea exoleverit. Minus recte, ad numerum quinquagenarium explendum, elementis accensetur a non-nullis littera क्ष, ksha; quippe quae manifesto est composita, ex क् et ष, prorsus ut Ξῦ Graecorum.

§ 8.

Consonantium nomen latius sumtum, व्यंजन, praeter consonantes proprie sic dictas, amplectitur etiam semivocales, sibilantes et spiritum asperum: uno verbo, quaecunque elementa non sunt mere vocalia.

§ 9.

Omnes consonantes comitem habent vocalem primam brevem, अ, ă, quae semper cum illis pronuntiari debet, nisi aut diserte abiiciatur, aut alia vocalis ei substituatur. Signum abiectae vocalis inhaerentis est virgula versus dexteram descendens, (ex. gr. त् t.) quod praecipue in clausulis, rarius in mediis vocibus adhibetur.

§ 10.

Litterae Sanscritae proprium sonum pro nomine habent ~~habent~~, neque aliter designantur, praeter unicam र, quae रेफ, rêpha, nuncupari solet. Nomen litterarum commune est कार kara, forma, species; quod singulis aeque apponitur. अकार, littera A, ककार, littera Ka, et s. p.

§ 11.

Vocales simplices lingua Sanscrita quinque agnoscit. Quantitatis diversitate, dum ~~eae~~ eaedem aut corripiuntur aut producuntur, decem evadunt. Ipsa litterarum figura quantitatem indicat: similes scilicet sunt longae brevibus, sed ductu quodam calami auctae.

§ 12.

Exsulant a lingua Sanscrita Ἔψιλον et Ὀμικρόν, quorum vice fungitur vocalis prima brevis, अ ă. Huius igitur usus latissime patet. Profertur autem sono subobscuro, ita ut in vocali ~~subobsc~~ correptissima vix A claram atque sonoram agnoscere sibi visi sint Angli. At-

tamen vera est A, neque aliter nostra scriptura signanda, uti ex synaloephes regulis patet.

§ 13.

Vocales I et U idem valent, quod apud Italos. Y ψιλὸν vero, quale Graeci olim pronuntiasse creduntur, Francogallorum u, nostratium ü, aeque ignotum est Indis, ac Italis, Hispanis, Anglis.

§ 14.

Duae ultimae inter vocales simplices, ऋ et ऌ, nihil aliud sunt nisi R et L pro vocalibus habitae, quod a ceterarum linguarum ratione plane quidem abhorret, explicari tamen quodammodo potest. Meminerimus primum hasce litteras post mutam apud Latinos positionem non facere. Deinde, quod ad litteram R attinet, in ea mirum quantum variat pronuntiatio tum singulorum hominum, tum gentium universarum. Nam aut excutitur e strictis faucibus cum rauco strepitu, aut ~~contra~~ lingua vibrante semihiantibus labiis emittitur.

Ceterum frequens est Ṛ vocalis in lingua Sanscrita, Ḹ vocalis contra fere nusquam occurrit nisi in grammaticorum scriptis, et mihi quidem ab his excogitata videtur in analogiae gratiam, nempe ut quaevis semivocalis suam haberet vocalem, e qua formari et in quam converti posset. (य = इ, व = उ, र = ऋ, ल = लृ.)

§ 15.

Diphthongi ए ê, et ओ ô, tum elementis quorum coniunctione nascuntur,^F tum sono referunt, illa τὸ ει Graecorum hodiernorum, et ai Francogallorum, haec au Francogallorum. Plenius sonant ऐ ai, et औ au, ut iam binas vocales in eadem syllaba concurrentes ai et au clarius distinguas, quemadmodum apud nostrates fieri solet. Cognatae sunt sibi materia elementorum ए et ऐ, ओ et औ. Sed ए et ओ sunt diphthongi primitivae et quasi pondere minores; ऐ et औ ipsa scriptura diphthongos auctiores sese exhibent, quamvis ~~di~~ triphthongi dici nequeant.

F (cf. Cap. II, § 5.)

§ 16.

Non nisi initio versus, aut vocabuli, aut seriei vocabulorum inter se iuncto- rum, figura vocalium et diphthongo- rum integra comparet. In medio et fine compendio scribuntur, praeter primam correptam, अ, quae post consonantem plane non exprimitur. (cf. § 9.) Scri- bendum est igitur et legendum: अक <u>ǎkǎ</u>, आका <u>ākā</u>, इक इकि, <u>ǐkǐ</u>, ईकी, <u>īkī</u>, उकु <u>ǔkǔ</u>, ऊकू <u>ūkū</u>, ऋकृ <u>ṛǐkṛǐ</u>, ॠकॄ <u>ṛīkṛī</u>, ऌकॢ <u>ḷrǐkḷrǐ</u>, ॡकॣ <u>ḷrīkḷrī</u>, एके <u>êkê</u>, ऐकै <u>aikai</u>, ओ को <u>ôkô</u>, औकौ <u>aukau</u>.

§ 17.

Consonantes proprie ~~sic~~ dictae ~~in quin~~ (स्पृष्ट) ~~cuius ope aut contactu~~ in quinque ordines distribuuntur secundum eam oris partem, cuius ope aut contactu lingua singulas effingit. Prima cuius- que ordinis est <u>tenuis</u>, ictu fortiore pro- lata*, tertia ea, quam <u>mediam</u> veteres Grammatici dixere, hodierni fere <u>mollem</u>. Secunda et quarta sunt <u>adspi- ratae</u>, cognatione cum prima vel tertia inter se discriminatae. Ultimo loco denique ponitur <u>liquida</u> sive <u>nasalis</u>.

§18.

~~Adspirandae~~ Adspiratae non sunt pronuntiandae more Graecorum, apud quos consonans cum spiritu aspero coalescens prorsus diversa emergit; sed ipsius litterae sono neutiquam mutato post eam adspiratio distincte auditur.

§19.

De gutturalibus nihil aliud monendum, nisi hoc, nasalem huius ordinis eandem esse litteram, quam Graeci, propria nota destitati, per Γάμμα gutturalibus praemissum exprimunt. Quod et Romani aliquando factitarunt, mox ad antiquum scribendi ~~modum~~ morem reversi. Nihilominus Nigidius apud Gellium*) huius litterae ab N dentali plane diversam indolem luculenter definit.

*) Noct. Att. L. XIX, C. 14. Inter litteram N, et G, est alia vis, ut in nomine anguis et angaria, et ancora &c. In omnibus enim his non ~~||~~ verum N sed adulterinum ponitur. Nam N non esse, lingua indicio est. Nam si ea ~~linguas~~ littera esset, lingua palatum tangeret.

§20.

Palatalibus ~~caret~~ carebat lingua Graeca et Latina; sed plures linguae hodiernae,

tum Europaeae, tum Asiaticae, iis abun-
dant. Tenuis inter palatales, च, est
Anglorum et Hispanorum <u>ch</u>, Italo-
rum C ante vocales E et I; media, ज,
Anglorum j, Italorum G, iisdem voca-
libus excepta. ~~Cave ne~~ De ~~simplicitate~~
de quorum simplicitate dubitare noli, eo quod
~~quorum~~ elementorum ~~dubites, quia~~
Galli et Germani, a quorum linguis
sunt alienae, tribus aut quatuor litte-
ris cumulatis perperam exprimere eas
conantur. Liquida palatalis eum fere
sonum habere videtur, quem in voce Ita-
lica <u>angelo</u> aliisque similibus ab N
pura dentali facile distinguimus.
~~Extra grammaticorum scripta raro~~
~~sequitur consonantem, sequitur raro et-~~
nec ~~raro~~ aut ~~iam a vocali excipitur~~.

§ 21.

Cerebrales dentalibus respondent,
~~et sunt revera dentales,~~ sed lingua
ad palati fastigium retrorsum coacta
prolatae, ita ut obtusum quid et
κοιλόστομον sonent. Dudum invaluit
usus <u>cerebrales</u> eas appellandi; alio-

quin aptius et proprius ad nomen Indicum (मूर्द्धन्य, murddhanya, a मूर्द्धन्, murddhan, caput) dici possent occipitales, tanquam ex intimo ore resonantes.

§ 22.

De dentalibus et labialibus, praeter iam dicta de binis adspiratis, nihil, quod moneamus, habemus. De tertia labiali conferatur § 25.

§ 23.

Prima inter semivocales, य ya, est Latinorum I inter binas vocales, vel ante vocalem in eadem syllaba posita, quam Imperator Claudius proprio signo scribi oportere recte contendebat. Saepe enim positione facta, ut in Virgiliano abiete trisyllabo, veram consonantis prodit naturam.

§ ~~25~~. 24.

Répha sive R consonans, र ra, hoc habet peculiare, quod varias induit formas. Quoties alia consonans eam praecedit, exprimitur linea obliqua huic adspicta et sinistrorsum descendente (प्र pra); contra, ante consonantem singulam

aut plures, versui superimposita tanquam lunula figuratur. (अर्थ artha.) Idem fieri solet ante vocalem ऋ, si quando hae litterae concurrunt. (Ex. gr. नैर्ऋत, nairṛita.)

§25.

Quarta semivocalis, व va, eandem vim habet quam Latinorum Vau. Regni Bengalici incolae (ut Hispani fere) mediam labialem, ~~figura etiam huic si-~~ ~~militem~~, (ब) ab ea pronuntiando distinguere nequeunt: quamobrem in codicibus, et in editionibus Calcuttae Brachmanum eruditorum cura procusis, ~~ple-~~ ~~rumque~~ hae litterae, [F. figura simillimae, quanquam indole omnino diversae, plerumque] vitiose confunduntur. Summopere igitur ad eas discriminandas grammatica ratione opus est.

§26.

Ultima inter sibilantes (स) eo sono profertur, quo sibilans a Graecis hodiernis et Hispanis ubique; ab Italis, Francogallis, Anglis initio vocabulorum. Secunda ~~est~~ (ष) est sibilus crassior, sonus simplex, multis ille linguis communis, sed varie expressus: apud Anglos

per sh; apud nostrates, incommode sane, per sch, apud Italos per sc ante e et i; apud Francogallos per ch. De prima sibilante inter se dissentire videntur Angli: alii enim s solam scribunt, alii sh ei substituunt. Haec est Indorum propria; sedulo a reliquis sibilantibus discernenda.

§ 27.

Littera postrema, mera adspiratione constans, hactenus diversa est a Graecorum spiritu aspero et Latinorum H, quod praeponi potest semivocalibus et liquidis quibusdam, tum ab initio, tum in media voce, quamobrem Graeci in celeberrimo Brachmanum nomine (ब्रह्मन्) per Χῖ suum ~~eam~~ hanc litteram expresserunt. Est autem vera consonans, quippe quae positionem ~~facit~~ faciat.

§ 28.

Puncta, quamvis a Grammaticis accenseantur vocalibus, indole sua potius consonantes referunt, a quibus hoc solo discriminantur, quod vocalem ante se postulant, post se respuunt.) Et prius

(Utraque [um] enim facit positionem cum littera sibi subiuncta.

quidem (अनुस्वार anusvāra, quasi ριστaφω-
ν̃ηερ diceres) quamlibet nasalem reprae-
sentat, proxime sequenti consonanti
adfinem; alterum, praecedenti vocali
spiritum addens, ab ellipsi nomen gerit,
(विसर्ग visarga) quia locum litterae omissae,
स् vel र्, plerumque supplet.

§ 29.

Consonans, vocali non intericcta, aliam consonantem praecedens, coniunctim cum ea scribitur. Quod partim fit fulcro expuncto; in litteris, quae fulcro ad dextram apposito carent, variis modis: ita ut consonantes coniunctae eo quo se excipiunt ordine, aut a sinistra, aut a fastigio deorsim scribantur. In hisce scripturae compendiis facile singularum litterarum figuram paululum immutatam dignoscas, duobus exceptis: क्ष pro क् et ष, et ज्ञ pro ज् et ञ. Ad complexus litterarum difficiliores vitandos signum apocopes supra memoratum (§ 9.) ~~etiam~~ vel in mediis vocabulis in auxilium advocare licet.

§ 30.

Aphaeresis signum loco vocalis अ elisae apponendum, (v. c. कोऽर्घः pro को अर्घ) plerumque in codicibus negligitur, dictionibus inter se continuatis.

§ 31.

Quoties nasalis in semivocales य, ल, vel व transit, ~~hoc signum~~ punctum semicirculo inclusum supra lineam ponitur, (ँ) vt scias liquidam finalem (अनुस्वार) loco suo cessisse.

§ 32.

~~Et~~ Grammatici ~~docetur~~ docent, spiritum finalem (विसर्ग) ante litteras क, ख, प, फ, aliam formam (ᳵ) assumere posse, a similitudine tuberum in fronte elephanti गजकुम्भ dictam. Quod ideo monui, ~~moneo~~, ne quid praetermissum videatur: etenim hoc signum, ad pronuntiandi modum vix nobis imitabilem pertinens, nihil in grammatice efficit, nec unquam in codicibus manuscriptis me illud videre memini.

§ 33.

In fine sententiae vel versus linea recta (।) apponitur, eadem in fine distichi geminatur. (॥) Nullam praeter hanc interpunctionis verborum notam ~~usum~~ admittit lingua Sanscrita.

§ 34.

Indorum grammatici non solum consonantibus propriè sic dictis et in quinque ordines digestis, sed ~~et~~ ceteris etiam elementis quibuscunque, sedem suam adsignant, id est partem aliquam oris, qua figurantur. Unde nascitur haec divisio, magni in conversionibus litterarum momenti.

Gutturales. क, ख, ग, घ, ङ, ~~य~~, ह, अ, आ.

Palatales: च, छ, ज, झ, ञ, य, श, इ, ई.

Cerebrales: ट, ठ, ड, ढ, ण, ~~ळ~~ र, ष, ऋ, ॠ.

Dentales: त, थ, द, ध, न, ल, स, ऌ, ॡ.

Labiales: प, फ, ब, भ, म, ~~व~~, उ, ऊ.

A gutture et palato prolatae: ए, ऐ.

A gutture et labiis: ओ, औ.

A dentibus et labiis prolata: व.

§ 35.

Dividuntur porro consonantes latiore sensu ~~intellectae~~ acceptae in *lenes* et *asperas*. Lenes sunt tenues, mediae et nasales, cum semivocalibus; asperae, secunda et quarta quinorum ordinum, sibilantes et adspiratio.

§ 36.

Notetur denique earundem litterarum alia divisio in *mutas* et *sonoras*. *Mutae* sunt quae in quinis consonantium ordinibus primum et secundum locum occupant, cum tribus sibilantibus; *sonorae*, consonantes ceterae, semivocales, adspiratio.

LX 1
LV

Caput II.

De coniunctione litterarum.

§1.

In omnibus linguis litterae contiguae vel vicinae ~~plus mutuo~~ plus minusve sese mutuo afficiunt, secundum leges quasdam naturales articulandae vocis; sed non in omnibus aeque id patet, imo in plerisque grammaticos eiusmodi mutationes latuerunt, quoniam scriptura negliguntur. In lingua Sanscrita, utpote suavitatis et aptae verborum compagis maxime studiosae, sunt frequentissimae, et, quidquid est pronuntiandum, accurate scribitur. Late igitur in ea patet ~~dominatur~~ doctrina de litteris rite coniungendis: neque haec ad concursum fortuitum dictionum in orationis tenore tantummodo refertur; valent eadem praecepta in formandis ~~verbis~~ vocabulis compositis, plerumque etiam in derivandis ~~etiam~~ atque declinandis ope syllabarum affixarum.

De coniunctione vocalium.

§ 2.

Vocales variis mutationibus sunt obnoxiae: possunt enim aut coalescere, aut in semivocales suas converti, aut prorsus elidi, aut saltem loco cedere, aliaque vocali suppleri.

§ 3.

Vocales ~~duae~~ binae simplices concolores (सवर्ण, concolor; ὁμογενής) invicem se excipientes in singulam productam coalescunt. Habentur autem concolores, quae eiusdem sunt soni, sive correptae, sive productae. Praeterea a grammaticis Indicis ऌ concolor esse dicitur vocali ऋ. Sed huius doctrinae nullus est usus, quandoquidem littera ऌ vix semel aut bis occurrit, nusquam ita posita, ut haec synaeresis locum habere possit.

~~अ + आ~~

अ + अ अ + आ आ + अ आ + आ	= आ.	इ + इ इ + ई ई + इ ई + ई	= ई, et s. p.	

§ 4.

Vocalis अ, tum correpta, tum producta, quandocunque a vocali simplici discolore excipitur, aut cum ea in diphthongum concrescit, aut, quoties hoc fieri nequit, illam in semivocalem cognatam convertit.

§ 5.

Vocales इ vel ई, et उ vel ऊ, praecedente अ vel आ, cum hac coniunctae efficiunt diphthongos ए et ओ, (cf. C. I, § 15.) qua in re quantitas coëuntium vocalium nullum facit discrimen.

अ + इ आ + इ अ + ई आ + ई	= ए.	अ + उ आ + उ अ + ऊ आ + ऊ	= ओ.

§ 6.

Ante vocales ऋ et ऌ, sive breves, sive longas, अ immota manet, illas autem convertit in ~~vocalem~~ semivocalem utrique cognatam. Idem efficit आ, sed ipsa corripitur.

अ + ऋ अ + ॠ	= अर्	आ + ऋ आ + ॠ	= अर्, et s. p.

§ 7.

Vocalis अ vel आ cum diphthongis subeuntibus ए et ओ coalescit, easque auget. (cf. C. 1, § 15.)

अ / आ } + ए = ऐ. अ / आ } + ओ = औ.

§ 8.

Vocalis अ vel आ, quando a diphthongis ऐ et औ excipitur, simpliciter in eas abit, quum amplius augeri nequeant.

§ 9.

Ceterae vocales simplices, praeter अ et आ, sequente vocali discolore, (cf. § 3.) simplici vel diphthongo, quaeque in suam semivocalem convertuntur. (cf. C. 1. § 14.)

§ 10.

Diphthongi omnes, vocalem qualemcunque, sive simplicem sive diphthongum antecedentes, in elementa sua resolvuntur, quorum ultimum deinde in semivocalem transit. Quocunque tandem modo antea conflatae sint e diversae quantitatis vocalibus diphthongi, (cf. § ~~4~~ 5 & 7.) quaevis earum semper eadem exhibet

elementa: ए resolvitur in अ et इ, ओ in अ et उ, ऐ in आ et इ, औ in आ et उ; unde porro fit conversione: अय्, अव्, आय्, आव्.

§ 11.

Nulla alia vocalis euphoniae gratia prorsus eliditur, ita ut syllabarum numerus una minor fiat, praeter अ correptam, neque alio loco quam initio dictionum ~~vocabulorum~~, et solis diphthongis ए et ओ praemissis. Quo facto aut aphaeresis nota (cf. C. I. § 30.) apponitur, (praesertim quando ă elisa vim negativam habet) aut continuantur scriptura vocabula, quorum posterius, a capite mancum, interdum ne pronuntiari quidem potest nisi auxilio diphthongi praecedentis.

Ex. दृष्टोऽन्तः, pro दृष्टो अन्तः, visus finis.

De hiatu.

§ 12.

~~Locum suum tuentur, etiamsi proxime sequens vo-~~

Quamquam in universum lingua

Sanscrita hiatum religiosissime vitet, in quibusdam tamen verborum iuncturis eum admittit, imo postulat.

§ 13.

Locum suum tuentur, etiamsi proxime sequens vocabulum a vocali incipiat: 1) ई, ऊ et ए, casum dualis numeri designantes; 2) vocales, quibus interiectiones aut consistunt, aut terminantur; 3) clausula vocativi, cum vehementiore affectu proferendi. Vocativus quietae ~~et~~ allocutioni inserviens communem synaloephes legem servat.

§ 14.

Diphthongum ए in fine vocabuli, quando ab alia vocali quam अ correpta excipitur, abiicere licet, ita quidem, ut in eius locum subeat अ correpta, ultimae consonanti inhaerens, nec syllabarum numerus imminuatur. Quo facto hiatus porro non tollitur.

§ 15.

Spiritu finali secundum certas regulas abiecto, (cf. § 58.) similiter vocales

contiguae coalescere nequeunt.

§16.

Omnino hiatus toleratur in fine sententiae, et quandoque oratio cessationem aliquam vocis postulat, quod saepe locum habet in fine hemistichii.*) Ultra versus clausulam autem numquam litterarum coniunctio progreditur.

*) Bhag. Git. Lect. II, dist. 50, v. 1:

बुद्धियुक्तो जहातीह। उभे सुकृतदुष्कृते।

Ib. Lect. XII, dist. 8, v. 2:

निवसिष्यसि मय्येव। अत ऊर्ध्वं न संशयः।

De augmentis vocalium.

§17.

A supradictis vocalium mutationibus, cum mera additione e ~~duabus~~ binis correptis producta, vel e binis simplicibus diphthongus emergit, sedulo distinguenda sunt augmenta, quae non euphoniae gratia adhibentur, sed formandis novis dictionibus inserviunt.

§18.

Augmentorum duplex est genus: quorum prius grammaticis Indicis

गुण, i. e. attributum, qualitas, alterum वृद्धि, incrementum, audit. Commode hanc diversitatem, summi in omni ratione grammatica momenti, augmenti minoris et maioris nomine designare possumus. Augmentum minus est, quando इ vel ई in ए; उ vel ऊ in ओ; ऋ vel ॠ in अर्; ऌ vel ॡ in अल् transit; augmentum maius, quando अ in आ, इ, ई et ए in ऐ; उ, ऊ et ओ in औ; ऋ vel ॠ in आर्; ऌ vel ॡ in आल् convertitur.

De coniunctione consonantium.

§ 19.

Consonantes variis modis mutantur contactu aliarum consonantium, quibuscum, nulla intercedente vocali, eodem tractu sunt pronuntiandae; est etiam, quando afficiuntur vi vocalium, aut consonantium longius dissitarum.

§ 20.

Adspirata ante adspiratam in lenem convertitur.

§ 21.

Consonans sonora ante mutam ipsa in mutam sui ordinis, consonans muta

ante sonoram e contrario in sonoram sui ordinis transit. (cf. C.I, §36.)

§22.

Duplex haec regula in singulam redigi potest: tenuis et prior adspirata quinorum ordinum tenuem, media et altera adspirata mediam ante se postulant. (cf. C.I, §17.)

§23.

Sibilantes, ~~quum et asperae sint et mutae~~, consonantem sine vocali praecedentem, qualiscunque sit, in tenuem convertunt.

§24.

Haec praecepta (§21–23.) restringenda sunt ad consonantes quinorum ordinum primo, secundo, tertio et quarto loco positas, (cf. C.I, §6.) liquidis exclusis, quae propriis legibus reguntur.

§25.

Tenuis, qua vocabulum integrum terminatur, succedente non solum media et altera adspirata, sed quavis etiam alia littera sonora (cf. C.I. §36.) vel vocali in mediam ipsi adfinem mutatur. Vocabulum integrum ~~etiam~~

~~id~~ quoque intelligitur, quod in compositis priorem partem constituit. Cessat autem regula, quatenus non in supra exposita continetur (§ 22.), in syllabis derivandi aut declinandi caussa affixis.

* Ex. gr. scribitur सदसत् pro सत् असत्, ens, non ens. Quamvis alio respectu praepositiones inseparabiles non pro dictionibus integris, sed pro syllabis praefixis habeantur, ~~tu~~ servat hanc regulam praepositio उत्. Ex. gr. उद्यान, उदय. Nisi potius dicendum, veram hujus particulae formam esse उद्, et mediam finalem ante mutas tantummodo in tenuem ~~conf~~ converti.

§ 26.

Tenuem, qua vocabulum integrum terminatur, ante liquidam sive nasalem, non solum in mediam, sed praeterea in nasalem sui ordinis convertere licet. In vocabulis compositis vel derivatis syllabarum affixarum ope posterior haec conversio necessario requiritur,*) contra in declinandis verbis locum omnino non habet.

Ex. gr. ex अप्, aqua, et syllabis affixis मय, fit ~~[illegible]~~ अम्मय, aquosus.

*) Cl. Wilkins hanc legem ad sola derivata restringit, et docet, in compositis ante vocabula a liquida incipientia et mediam et nasalem tenuis loco poni posse. Sed exemplis redarguitur: जगन्नाथ, mundi dominus, ex जगत् et नाथ; मरुन्माला, herbae species, ex मरुत्, ventus, et माला, corolla; वाङ्मुख, sermonis exordium, ex वाक् pro वाच् et मुख; et s. p. Numquam enim aliter scribitur. Idem fit particula उत् liquidis praeposita: उन्नत, उन्मत्त, etc. Cf. § 25. *).

§ 27.

Dentales + ante consonantes palatales F (च, छ, ~~[illegible]~~ ज, झ, ञ, श) in palatales, ante cerebrales (ट, ठ, ड, ढ, ण), excepta ष, in cerebrales convertuntur, supra monitis praeterea observatis.

+ (त्, थ्, द्, ध्, न्)

F et sibilum eiusdem sedis

~~[illegible]~~

§ 28.

Dentales (त्, थ्, द्, ध्, न्,) quando a semivocali ल excipiuntur, in hanc ipsam transeunt, adeoque eam geminant.

§ 29.

~~Quinae~~ Tres consonantes liquidae sive nasales: (ङ्, ञ, ण, न्, म) in fine vocabuli post vocalem correptam positae, alia vocali succedente, geminantur.

§ 30.

Inter litteram न् finalem et tenuem vel priorem adspiratam ex ordine palatalium, cerebralium, dentalium (च, छ, ट, ठ, त, थ) sibilans est inserenda, consonanti sequenti adfinis. (cf. C.I, § 34.) ~~Ipsa deinde~~ quo facto, ipsa न् in punctum superscriptum abit.

§ 31.

Pro म् finali, nisi a vocali excipiatur, ubique punctum subvocale (अनुस्वार) substituere licet.

§ 32.

Praemissis cerebralibus hisce: ष, sive diserte scripta, sive in क्ष latente) र, ऋ, ॠ, (cf. C. I, § 34.) liquida dentalis न, in cerebralem ipsi respondentem, ण, convertitur; non solum, quando illas attingit, sed quamvis in alia syllaba sit posita, aut pluribus etiam syllabis interiectis, quousque idem vocabulum, ~~sive simplex, sive compositum,~~ excurrit. Dirimitur effectus, vel consonante aliqua ex ~~trinis ordinibus postremis~~ ordine palatalium, cerebralium, dentalium, vel sibilante, vel littera ल intercedente. Porro locum suum tuetur न् in fine vocabuli, aut cum alia littera sui ordinis praeter se ipsam coniuncta.

Add

§ 33.

Semivocales य, र, व, cum vocali correpta ipsis inhaerente, interdum in vocalem singulis respondentem transeunt. (cf. C. I, § 14.)

§ 34.

~~Semivocalibus य, र, व, subiunctis, aut~~ Praemisso *repha*, lunulae figura superposito, (cf. C. I, § 24.) consonantem quamcunque, praeter sibilantes et spiritum asperum, geminare licet *). Enimvero quum iam exstet positio, nihil hoc facit ad quantitatem, et sine necessitate litterae cumulantur. Praestare igitur videtur simplicior scribendi modus, quamquam usus contrarius invaluerit in codicibus, magisque etiam in impressis.

*) Si grammaticos Indiae hodiernos audias, multo liberius vagatur litteras geminandi licentia. Sed quae operose disseruntur de hisce aliisque orthographiae variationibus, sunt merae quisquiliae. Nihil tale legitur in codicibus manuscriptis. Ea sola est genuina verborum scriptura, quae naturaliter *fluit* ex elementis et litteris vel syllabis affixis.

§ 35.

Repha numquam geminatur.

http://digital.slub-dresden.de/id475136454/38

§ 36.

In particulis nominibusque, in र् vel स् desinentibus, quando priorem in compositis locum obtinent, substituendus est ultimae litterae spiritus finalis, (विसर्ग) experturus deinde conversiones legitimas. (cf. § 41.)

§ 37.

Sibilum palatalem श, tenui (क्, च्, ट्, त्, प्) praemissa, licet commutare cum priore adspirata ex palatalium ordine, छ. Quo facto ceterae tenues immotae manent, त् et ipsa in च् convertitur. (cf. § 27.)

§ 38.

Sibilus cerebralis ष् consonantem dentalem primam, alteram et quintam (त, थ, न,) sibi subiunctam in cerebralem eiusdem numeri convertit.

§ 39.

In mobilibus dictionum terminationibus pro sibilo dentali, स, substituitur spiritus finalis (:).

*) Maximi momenti est haec regula. Meminerimus, ut elucescat analogia linguae Indicae cum Graeca et Latina, spiritum finalem[*] ubique स elisum repraesentare. Simile hoc est illi, quod poëtas Latinos vetustiores factitasse videmus, nempe ut postremam syllabam vocabulorum in ŭs desinentium ante consonantem corriperent. Sed apud Indos hac elisione ne positio quidem tollitur. (Cf. C. I, § 28.)

[*] in declinatione et coniugatione

§ 40.

Initio syllabae suffixae (positus) sibilus dentalis, स, praecedente prima, secunda, tertia aut quarta gutturali (क्, ख्, ग्, घ्) transit in sibilum cerebralem, ष, qui cum illa concrescens litteram duplicem क्ष efficit.

*) ~~Fine~~ In fine et initio dictionum integrarum, ~~etiam in compositis~~, (collocatae ~~vel~~ etiamsi vocabulum compositum efficiant,)

X

क्ष et स sibi invicem non repugnant. Ex. gr. त्वक्सार, arboris nomen, e त्वक् pro त्वच्, cortex, et सार, medulla.

§ 41.

Ante ~~binas~~ primam et ~~secundam~~ alteram palatalem, et sibilum eiusdem sedis (च, छ, श) sibilus dentalis स et ipse in श, ante primam et alteram cerebralem et sibilum eiusdem sedis (ट, ठ, ष) in ष ~~abit~~ convertitur.

§ 42.

In ipso dictionis individuae corpore nulla vocalis praeter अ et आ sibilum dentalem, स, subiungi sibi patitur. Alia qualibet vocali ~~[illegible]~~ simplici vel diphthongo ~~prae~~antecedente, स initio syllabae suffixae, vel vocabuli integri, cui praefigitur aliquid,*) posita, in ष transit.

*) Hoc praecipue valet in augmento praeteriti perfecti, et in praepositionibus aliisque particulis insepara-

bilibus, quae verbis nominibusque a capite adduntur. Quum enim eiusmodi particulae et praepositiones nusquam seorsim compareant, non pro dictionibus integris habentur, sed pro syllabis praefixis. Cessat regula in vere compositis.

§ 43.

Spiritus asper, ह, cum media ~~ब~~ (ग, ज, ड, द, ब) ~~pr~~ antecedente, coalescit in alteram eiusdem ordinis adspiratam (घ, झ, ढ, ध, भ); quo facto littera secundum regulam supradictam ~~म~~ (cf. § 20.) geminatur, ne pereat positio.

§ 44.

Littera छ inter vocalem correptam et aliam qualemcunque subsequentem collocata, geminari debet, tenui sui ordinis praemissa. (cf. § 20.) Quod tamen in codicibus plerumque negligi observavimus.

De conversionibus puncti subvocalis.

§ 45.

Punctum subvocale, (अनुस्वार) quod liquidam indefinite repraesentat, interdum per litteram exprimi debet, plerumque aut servari aut converti potest, denique est, ubi commutare illud omnino non liceat.

§ 46.

In clausulis, quoties vocabulum sequens a vocali incipit, puncto subvocali in litteram म converso dictiones scriptura continuantur.

§ 47.

Ante consonantes quinorum ordinum punctum subvocale aut scribi potest, aut in liquidam litterae sequenti adfinem converti.

§ 48.

Ante sibilantes, semivocales et spiritum asperum numquam loco suo cedit punctum subvocale.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/43

De conversionibus spiritus finalis.

§ 49.

Spiritus finalis (विसर्ग) variis mutationibus est obnoxius: convertitur enim interdum in स्, in उ, in र्, aut plane etiam expungitur; quarum conversionum ratio tum a vocali praecedente, tum a littera proxime sequente pendet.

§ 50.

Spiritus finalis plerumque adhibetur in declinatione et coniugatione. Omnes enim nominum casus et verborum personae, secundum grammaticorum formulas in स् desinentes, huic litterae in ipsa oratione punctum geminum substituunt. In quibusdam autem particulis nominibusque, quae suapte natura sine ulla inflexione in र् vel स् desinunt, substituitur spiritus finalis, ut compositioni accommodentur. Vterque huius signi usus easdem fere conversiones postulat; in quibusdam tamen composita leges peculiares adfectant.

§ 51.

Spiritus finalis, quo integrum vocabulum terminatur, quaecunque tandem vocalis vel diphthongus antecedat, locum suum tuetur ante mutas ex ordine gutturalium et labialium (क, ख, प, फ); ante mutas trium reliquorum ordinum ~~contra~~ (च, छ, ट, ठ, त, थ) contra in स transit.

* Cl. Wilkins insigni errore adserit, (p. 31, § 47) ante omnes mutas quinorum ordinum pro puncto gemino sibilum substitui. Quod si verum esset, facile foret ad demonstrandum, nusquam spiritum finalem stare posse immotum, nisi in fine sententiae aut versus. In compositis quidem interdum स substituitur ante litteras क et प; nec tamen ubique.

~~§ 51.~~

~~Spiritus finalis, quo integrum vocabulum terminatur, qu~~

§ 52.

Ante sibilantes liberum est, aut ponere punctum geminum sine mutatione, aut convertere illud in litteram स. In codicibus Devanagaricis prius, in editionibus Calcuttensibus posterius ~~fieri~~ plerumque fieri solet. Mihi quidem potior est codicum auctoritas; praeterea commodior est ille scribendi modus in separandis dictionibus, quum iam satis multae, etsi grammatice sunt discretae, scribi debeant eodem tractu.

§ 53.

Sibilus dentalis, puncto gemino substitutus, deinde secundum leges ipsi peculiares in ceteras sibilantes transire+ ~~potest~~. (cf. § 41 et 42.)

+ debet

§ 54.

Post अ correptam subeunte consonante aliqua sonora (cf. C. 1, § 36.) spiritus finalis mutatur in उ, quae

coalescens cum vocali ~~praeced~~ anteceden-
te efficit diphthongum ओ.

§ 55.

Idem fit, quandoque terminatio अः
excipitur ab अ correpta, initio proximi
vocabuli posita. Quo facto, hiatus vi-
tandi gratia, vocalis, quae mutationis
~~caussa~~ occasio fuerat, ipsa eliditur. (cf. § 11.)

§ 56.

Quacunque alia vocali vel diphthon-
go antecedente praeter अ et आ, spiritus
finalis ante vocales et consonantes so-
noras, Repha excepto, in litteram र् con-
vertitur.

§ 57.

Ante Repha, utpote quod geminari
nequit, spiritus finalis vocali produc-
tae vel diphthongo subiunctus, simpli-
citer abiicitur; si (antecedat इ vel उ

correpta, huius productione compensatur.

§ 58.

Porro abiicitur spiritus finalis: 1) praecedente अ correpta, subsequente vocali vel diphthongo quacunque praeter अ correptam; 2) praecedente आ producta, ante vocales omnes, et consonantes sonoras; ~~in no~~ 3) in nominativo masculino pronominum demonstrativorum सः et एषः ante consonantes omnes.

§ 59.

Spiritu finali expuncto hiatus inde ortus non amplius tollitur. (v. § 15.)

§ 60.

In variis compositis spiritus finalis convertendi ratio paullo est intricatior, quam ut paucis explicari possit. Quaedam supra monui. (v. §§ 50 et 51.) Non idem est utrum pro र् an pro स् primitiva substitutus sit spiritus finalis: littera, quam repraesentat, fruitur quadam praerogativa. Sed occurrunt hac in re inaequalitates nonnullae, de quarum caussis fateor mihi nondum satis liquere.

http://digital.slub-dresden.de/id475136454/48

Caput III.

De literis Indicis.

Inter varia, quibus Indi hodie utuntur, ~~[illegible]~~ scripturae genera ~~hodie sunt [illegible]~~ praecipuum est ~~tamen~~ Devanagaricum, ~~[illegible]~~ fortasse à civitate sancta Banarasa ita dictum. Sunt eius litterae ~~literae~~ quadratae, forma elegantissima; leguntur a sinistra versus dextram. Proximum est Bengalicum, leviore pennae sive styli ductu a Devanagarico deflexum, facilitatis gratia commendabile. Sed quocunque tandem charactere utantur Indi hodierni in transscribendis libris vetere lingua compositis, semper idem est elementorum numerus, eadem potestas: unde quidquam mutare non nisi gravissimo grammatices detrimento coneris ~~[illegible]~~.

Sanam rationem sonos Indici oris litteris ~~literis~~ Latinis exprimendi primus docuit Guilelmus Jones, vir de erudita Asia meritissimus; excoluerunt deinde VV. CL. Colebrooke et Wilkins. Ceteri fere Angli

critico acumine destitute et vitiis ~~propriae~~ suae linguae obnoxii, cuius pronuntiatio a scriptione, scriptio a vera litterarum, praesertim vocalium, ~~praesertim vocalium~~, natura pertinaci inconstantia aberrat, nil nisi meram barbariem, protulerunt. Sequor igitur rationem Caroli Wilkins, eam ~~non~~ quam in grammatica sua exposuit; nam in Hitopadesae versione pravae con- 4
suetudinis ipse exemplum dederat.

Sunt autem litterae Indicae numero quadraginta ~~sex~~ septem; duobus punctis additis quae literarum vice funguntur, ~~quinquaginta~~ quadraginta novem. Quarum series apud Grammaticos maxime usitata, haec est:

Vocales simplices.

Breves: ă. ĭ. ŭ. rĭ. ḷĭ.

Eaedem longae: ā. ī. ū. rī. ḷī.

Diphthongi.

ê. ô.

Diphthongi auctiores.

ai. au.

Consonantes

	Tenuis	Aspirata	Media	Altera aspirata	Liquida
Gutturales:	ka.	kha.	ga.	gha.	nga.
Palatales:	cha.	chha.	ja.	jha.	nya.
Cerebrales:	ṭa.	ṭha.	ḍa.	ḍha.	ṇa.
Dentales:	ta.	tha.	da.	dha.	na.
Labiales:	pa.	pha.	ba.	bha.	ma.

Semivocales.

ya. ra. la. va.

Sibilantes.

ṣa. sha. sa.

~~Puncta~~ Spiritus.

ha.

Puncta.

Anusvaras est punctum lineae ~~sup~~ impositum, quo significatur liquida in fine syllabae, quaecunque sit, cognata consonanti proxime sequenti. In fine locutionis sive versus habet potestatem liquidae labialis (m).

Visargas consistit duobus punctis in ipsa linea positis (:) et designat spiritum finalem.

Nunc de singulis quae explicatione ~~eg~~ indigent, pauca adjiciam.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/51

Tres priores vocales, tum correptae, tum productae, eodem modo pronuntiantur quo apud Italos. Prima brevis (ǎ) ~~effertur~~ tamen sono exiliore, effertur utpote vocalis ~~correptissima~~ brevissima, fere ut Gallorum e sine accentu. Nihilominus ea littera naturam suam probe servat: nam duabus ǎ brevibus coalescentibus semper efficitur ā longa. Si aliam vocalem in exprimendis dictionibus Indicis ei substituas, periculum est ne omnis grammatices ratio turbetur. Et eodem ~~iam~~ sono iam veteres Graeci hanc literam auditu perceperant, ut patet e nominibus Indicis quibusdam, quae Graece scripta ~~nobis reliquerunt~~ exstant. Ex. gr: Γάγγης, Indice Gangā, (fem. gen.); Σανδράκοττας, de quo multa narravit Megasthenes, dici debuit inter populares Chăndrăguptas; μαρτιχώρας, fabulosum animal, quod teste Ctesia homines devorabat, facile intelligitur fuisse: mărtyaghōras, mortalium terror. Idem observare licet in mercibus nonnullis ex Asia advectis, quarum nomina Indica simul cum ipsa re Graeci a Phoenicibus forte vel Syris accepere: ~~v.c.~~ ut mărăkatas, smaragdus contracte μάραγδος,

deinde per corruptionem σμάραγδος. Neque aliter accidit in nominibus, quae Europae gentes serius ~~nuper~~ ~~recens~~ ex Indorum sermone vulgari acceperunt, deducta tamen a lingua prisca: naranje, pomum aurantium apud Lusitanos, Indice nārāngas; camphora, Indice cārpūram; palanquin, lectica, Indice pālyankas, et s. p. &c.

Brevis ă ~~initio~~ tantum in initio dictionum ~~tantum modo~~ diserte scribitur; sua sponte enim natura consonantibus omnibus inhaeret, et ubicunque non est elisa, aut alia vocali substituta, aut consonantibus pluribus inter se unitis, ~~sub~~ intelligi debet. In fine dictionum eam abiectam esse, linea obliqua indicat. Nomina igitur literarum veram earum pronuntiationem ~~indicat~~ ~~indicant~~ exprimunt.

Illud quidem ab usu ceterarum linguarum abhorret, quod Indi litteras r et l non solum inter consonantes sed etiam inter vocales recensent. Quarum haec ~~posterior~~ (li s. lri) conficta mihi a Grammaticis videtur nullum alium ob finem, nisi ut quaevis semivocalis suam haberet vocalem, unde converti et in quam iterum transire posset,

nisi apud grammaticos
nusquam enim haec littera occurrit. ~~Ria~~ ~~ris~~ (ṛi) contra usus est frequentissimus, et omnino servat ea vocalis naturam. Quod eo facilius intelligetur, si quis reputaverit ~~putet~~ quam diversum ~~sonat~~ sonet haec littera, apud Gallos exempli gratia, et apud Italos.

Pro veris diphthongis sunt habendae ê et ô, nascuntur enim e concursu duarum vocalium: ă s. ā, addita ĭ s. ī, fit ê; addita ŭ s. ū, fit ô. Pronuntiantur autem plane ut Gallorum diphthongi ai et au, ex iisdem elementis compositae.

Plenius sonant ultimae Indorum diphthongi (ai et au), quarum de natura nulla iam erit disceptatio. Auctiores dixi, quoniam ê et ô, praemissa ă s. ā, in eas convertuntur; triphthongos dicere nolui, ~~quippe~~ quae sequente alia vocali, non in tria sed in duo elementa (āy et āv) resolvantur.

Quod ad consonantes attinet, statim in oculos incurrit, alphabetum Indicum duobus ordinibus et una littera in quovis

ordine auctius esse quam Graecum. Consonantes Graecae ~~nempe~~, exclusis duabus semivocalibus et ~~liquida~~ sibilo, secundum eandem regulam sic ordinari possunt:

	Tenuis.	Adspirata.	Media.	Liquida.
Gutturales:	Κ.	Χ.	Γ.	ΓΓ.
Dentales:	Τ.	Θ.	Δ.	Ν.
Labiales:	Π.	Φ.	Β.	Μ.

Liquida primi ordinis signo peculiari caret, exprimitur per γ sequente κ, χ, vel γ, et eodem modo profertur quo Indorum ṅga; plane ut n finalis Gallorum. Porro Indi binas ~~duas~~ habent adspiratas cuiusque ordinis, Graeci non nisi singulam. Graecis hodiernis ~~tamen~~ etsi ~~[illegible]~~ eatenus cum Indis convenit; ut medias ~~scilicet~~ paullisper adspirent, nec puras proferant nisi tenues emollitas post liquidam. ~~[illegible]~~ An eadem ~~haec~~ fuerit ~~[illegible]~~ veterum Graecorum pronunciatio, nolo nunc inquirere.

Cerebrales nihil aliud sunt nisi dentales, modo paullum diverso prolatae, lingua versus palatum retracta, unde efficitur sonus

quidam obtusior (κοιλόστομος), quasi ex intimo oris recessu profectus, in quo imitando exteri frustra laborant. Εae Substituuntur interdum dentalibus secundum certas regulas; in multis autem vocabulis ad ipsam radicem pertinent, nec unquam loco suo cedunt.

Ignoravit praeterea lingua Graeca et hodie ~~adhuc~~ ignorat palatales, quibus frequentissime utuntur plures Europae gentes. Prima earum scribitur ab Italis per simplicem c, sequente e vel i (cella, cintola), ab Anglis et Hispanis per ch (church, muchacho). Tertiae vicem sustinet apud Anglos j (joy), apud Italos g, ~~iisdem~~ ~~vocalibus~~ sequent~~ibus~~ e vel i (gelo, giro). Adspirata huius generis non occurrit, nisi forte in Russorum lingua.

Primam et alteram liquidam doctissimus Wilkins duobus elementis (ng, ny) exprimit. Sed in dictionum ~~contextu~~ serie hoc omitti potest, imo debet, ne falsa oriatur de coagmentatis consonantibus opinio. Nunquam enim hae litterae ponuntur inter duas vocales, et ex ipsa sequentis con-

sonantis

sonantis natura patescit, quaenam ~~inter~~ liquidas quovis loco sit intelligenda.

Semivocales ya, ra, va, formantur e vocalibus iis quibus sunt affines (i, ri et u), et ~~iterum~~ rursus in eas transeunt; ultima la locum suum semper fere tuetur. Prima est Latinorum i consonans, quam geminatam scribi Ciceroni placebat (v. c. POMPEIIVS), e vocali conversam poetae post aliam consonantem ita adhibuerunt, ut positionem efficeret, quod observare licet in trisyllabis (apud Virgilium) abiete, ariete.

Va est v consonans Latinorum, cuius vice apud Graecos olim digamma fungebatur. Etrusci quoque hanc literam agnoscunt, neque in scriptura ut Latini cum v vocali confundunt sed proprio ~~utuntur~~ reddunt signo.

Secunda et tertia inter sibilantes multis linguis sunt communes. Prior (sh) sibilo crassiore profertur, quem variis modis ~~varie~~ designant diversae gentes: Angli per sh; Galli per ch; Itali per sc, i vel e sequente; Germani, incommode sane, per tres litteras sch. Ultima sibilans est simplex s, qualem Itali

et Galli initio dictionum, Hispani et Graeci ubique pronuntiant. At ~~Prima~~ prima sibilans contra Indorum est propria; Wilkins eam per s puncto supposito scribit, Colebrooke per sh accentu adiecto. Haec a Grammaticis Indicis recensetur inter palatales, altera inter cerebrales, tertia inter dentales.

Memorari debet hoc loco unica consonans composita, quae scripturae compendio inservit, ut Z, Ξ, Ψ, apud Graecos. Constat haec e prima gutturali et altera sibilante: Wilkins eam in elementa sua (kSha) resolvit, sed elegantius et commodius ~~videtur~~ utemur ~~et~~ littera composita x. (quum nulla inde confusio oriri possit) ~~possit~~. ~~Adspiri~~

Adspirationis potestas continetur quidem in omnibus consonantibus adspiratis, sed seorsum scripta ~~ut~~ affinis est gutturalibus, et habemus celeberrimum exemplum, Graecos eam sequente alia consonante per χ expressisse. Quos enim Βραχμᾶνας s. Βραχμανοὺς dixerunt, eorum nomen Indicum est brāhman s. brāhmaṇa.

Visargae nomen omissionem significat, et substituitur haec nota interdum ~~litterae~~ litterae ra vel sibilanti cuidam, ad ipsam vocis radicem pertinentibus, saepissime vero in terminationibus nominum et verborum ultimae sibilantis vice fungitur. Transit secundum certas regulas in s vel r, et alias patitur conversiones, quas hic exponere nihil attinet. Extra ~~contextum~~ seriem orationis in singulis vocabulis optimum mihi visum est, exprimere hanc notam non, ut Wilkins fecit, per h, sed per s, apostropho addito. Ita Visargas probe distinguitur a sibilantibus, et clarius elucebit similitudo flexionum Indicarum cum Graecis et Latinis. Hoc me Indorum Grammatici docuerunt: ~~qui~~ qui ubicunque in sermonis contextu visargas substituitur, in schemate generali coniugationis et declinationis diserte litteram s ponunt.

Hoc loco autem observandum, s finalem apud complures gentes negligentius pronuntiatam, tempore labente ~~e progressu~~ ius civitatis quo olim fruebatur plus minusve amisisse. Id etiam in lingua Indorum accidisse,

et inde visargae notam ortam esse suspicor. Sane Herodotus testatur, omnia Persarum nomina virilia nullo excepto in litteram s exire, quod aliter quam de nominativo casu intelligi nequit*). Eadem littera apud Indos primi casus est perpetuus character, praesertim in nominibus masculis, sed in sermone ~~[illegible]~~ sibi patitur visargam ~~[illegible]~~ nec nisi in concursu certarum consonantium demum ipsa prodit ~~[illegible]~~. Quam arcta autem intercesserit cognatio inter veteres Persidis linguam et Indicam, nota res est. Etrusci contra, gens Pelasgica, in nominibus non solum ipsorum propriis, sed etiam graecis, s finalem prorsus abiecerunt, ut videre licet in titulis sepulcralibus, ~~[illegible]~~ pateris reliquisque ceterisque eorum monumentis. Tum apud Vetustioribus ed poetis Latinis s finalis, posita post u brevem, quando consonanti excipitur, non efficit positionem*), ~~ut~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, quod ~~[illegible]~~ seculi Augustei scriptores tamquam duriusculam vitarunt. Denique vel apud Homerum ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ in quibusdam nominum casibus s finalem abiectam

*) L. 1, cap. 139.

*) Cf. Ciceronis Orat. cap. 48.

sed pauca sunt eius rei vestigia

~~casuum~~ deprehendere mihi videor: ~~postea~~

at ~~sed~~ mature hic usus exolevit.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/61

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/63

Caput IV.

Comparatio litterarum Indicarum cum Graecis et Latinis.

6 2 1 3 4 5

Quum multo curiosius apud Indos
soni diversitas scriptura distinguatur quam
in ulla alia lingua, nemo ~~non est mirandum~~ mirabitur,
quod in tanto ~~varias~~ litterarum Indicarum (cum numero ~~et tanto numero unius~~
singulis litteris) et
~~singulae~~ Graecis ~~vel~~ Latinis ~~aequiparari debere~~ is varias Indicas respondere iubeamus. Neque
suspecta inde ~~fit~~ fiat vocabulorum similitudo,
(quam monstrabimus)
tamquam fortuita aut cavillationibus ex-
torta: nihil enim ~~ex~~ ad arbitrium ~~ponemus~~ nostrum
componemus ~~sed~~ / omnia certis regulis definientur.

In vocalibus hoc inprimis tenendum,
quantitatem earum maioris esse momenti
quam qualitatem. In illa mire congruunt
linguae cognatae, etiamsi in delectu voca-
lium, quibus syllabae eiusdem moduli
expleantur, in diversa abeant. Multo melius (Profecto)
grammaticae rationi consultum foret,
si Graeci, quod Simonides in duabus voca-
libus excogitavit, ut duplici signo produc-
tam a correpta discerneret, id in omnibus

fecisset, et in ipsa scriptionis specie docuissent quaenam syllabae producendae, quae corripiendae, et utrum syllaba longa propter vocalis naturam, an propter positionem producenda. Peior etiam est Latinorum conditio, qui vocales longas a brevibus plane non distinguunt; et, quod mirari licet, vocali o, qua per tot secula caruissent, tandem in Latium invecta, promiscue usi sunt, nec umquam Simonidis litteram civitate donarunt.

Inter litteras Indicas uni fere a brevi contrarium accidit quam ceteris. Quum enim lingua Indica vocales breves ĕ et ŏ non agnoscat, late illa dominatur, et plura aliarum linguarum elementa repraesentat, Graecorum duo litteras ε et o, Latinorum praeter has etiam u brevem. Hanc fallacis dissimilitudinis caussam ante omnia explicandam censui. Qua bene perspecta, iam mihi concedent docti harum rerum iudices, ut hoc exemplo utar, vocabulum Indicum padam (spatium, solum, planities) totidem

litteris referre Graecum πέδον, quocum et sensu, et originis communione, et modulo syllabarum, et ipso genere neutro congruit.

Diphthongis parcius utuntur Indi quam Graeci, et hiatum quam maxime fugiunt. Est igitur frequens apud eos conversio vocalium in semivocales, vocali brevi accedente, unde maior syllabarum numerus exsistit.

De consonantibus Indorum idem monui, cerebrales recidere ad dentales, palatales reduci debere ad gutturales, nempe cha ad k (vel χ), et c; ja ad γ et g. Adspiratam huius ordinis, chha, poni video in vocabulis Indicis quibusdam, quae in linguis cognatis a consonantibus iunctis, σκ, σχ, sc, incipiunt. Binae cuiusque ordinis adspiratae unicae Graecorum respondent, Latinorum etiam tenuibus et mediis, quandoquidem hi nullam aliam adspiratam praeter labialem (f) habent.

Omnino ~~discrimen~~ quod inter consonantes eiusdem ordinis reperitur discrimen non nimis ~~est urgendum~~ premendum est, facilis enim transitus ab ~~altera~~ una ad alteram, qua de re dudum convenit inter omnes originum indagatores.

Prima inter sibilantes hoc proprium habet, quod ab Indis substituta est interdum gutturali, quam ceterae linguae cognatae exhibent. V. c. dăśă, decem, δέκα, śănkha, concha, κόγχη, &c. Altera et tertia sibilans unic~~ae~~ Graecae respondent.

His praemissis, proponam tabulam elementorum, ad quam ~~sicut~~ tamquam ad amussim exigi poterit comparatio ~~inter haec~~ harum linguarum ~~instituenda~~ ulterior.

Litterae

Indicae.	Graecae.	Latinae.
ă.	ᾰ, ε, ο.	ă, ĕ, ŏ, ŭ.
ā.	ᾱ Dor. et Aeol., Jonice η & ω.	ā.
ĭ.	ῐ.	ĭ.
ī.	ῑ.	ī.
ŭ.	ῠ. Hanc vocalem Aeoly eodem modo proferebant quo Indi & Latini.	ŭ.
ū.	ῡ, ου.	ū.

ri, respondet in utraque lingua litterae ρ, r, praece~~nte~~dente aut sequente vocali.

li, non occurrit.

ê.	η, αι.	ē, ae; more antiquo ei, ai.
ô.	ω.	ō.
ai.	η, αι.	ē, ae; ei, ai.
au.	αυ.	au.
ka.	κ.	c. qu.
kha.	χ.	—
ga.	γ.	g.
gha.	χ.	h.
nga.	γγ.	n gutturali sequente.
cha.	κ, χ.	c. qu.
chha.	σκ, σχ.	sc.
ja.	γ.	g.
jha, raro occurrit.		
nya.	ν.	n.
ṭa, ta.	τ.	t.
ṭha, tha.	θ.	—
ḍa, da.	δ.	d.
ḍha, dha.	θ.	—
ṇa, na.	ν.	n.
pa.	π.	p.
pha.	φ.	f.
ba.	β.	b.
bha.	φ.	f.

ma.	μ & ν finalij.	m.
ya.	ι.	i consonans,
		i vocalij.
ra.	ρ.	r.
la.	λ.	l.
va.	F Digamma,	v consonans,
	interdum v.	u vocalij.
ṣa.	σ interdum k.	s.
sha. sa.	σ.	s.
ha.	χ, spiritus asper.	h.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/71

Ad Synopsin

Caput XII.

Radices verborum pluribus linguis ~~communes~~ cognatis communes.

Radices ~~Indo~~ Indorum exhibent statum quendam verbi absolutum, ~~nullis~~ ~~nullis~~ omnibus temporum, modorum, personarum notis exutum [nudatum], sed a quo rite universa flexio deduci possit. Numerus literarum non est definitus, sed pleraeque sunt monosyllabae, et quae pluribus constant syllabis, mihi quidem verae radices non esse videntur, sed inter vocabula derivativa referendae. Optime comparari possunt cum imperativis Latinis, unica syllaba constantibus: i, da, sta, dic, duc, fer. Recensentur ~~in Can~~ a grammaticis Indicis ordine alphabetico, ad ultimam literam exacto. Adiiciuntur illis literae quaedam, indices modi quo verbum quodvis declinari debeat, et definitio significationis, s. significationum, si plures exstant, septimo nominum casu expressa.

Cum radices varias patiantur conversiones, adii~~ciam~~ illis ciendas iis duxi flexiones quasdam, ~~in~~ e quibus maxime cognatio cum verbis Graecis et Latinis eluceat. {Literas quae mihi in hisce radicibus propriae videntur, linea transversa a ceteris separavi.}

Themate §1. jnā. ~~nosse~~ scire. [inf: jnātum] ~~Lat:~~ Novi, novisse, pro ~~gnovi~~ [gno-vi], ab obsoleta positione: GNO-O, s. GNO-VO. Γιγνώσκω frequentativi [inchoativi] formam prae se fert, ut gnosco, unde dignosco et s. p. Sed multa occurrunt in Homero deducta a simplici positione ΓΝΩ-ΜΙ: ἔγνων, γνῶναι, etc. Fut. 2 med. 3 p. sing. jnāsyatē, γνώσεται. ~~E~~ Cum altera forma Homerica

γιγνώσκω, (quam seriorum usus mutavit in γινώσκω)
optime congruit desiderativum Indicum: praes. 1. p. S. jijnasyami. ~~Derivata sunt~~ jnas, sapiens; jnānam, scientia ~~sapientia~~; jnātri, cognitor, peritus rei alicuius, quasi γνωτης. ~~Probabile fit prisca~~ ~~Graecos hoc verbum~~. ~~Observare hic~~ Animadvertere hic mihi liceat, Jones saepe ~~in multis~~ vocabulis ω posuisse ~~loco α prod~~ in vocabulis et terminationibus quae Aeoles et Dores, antiqui usus tenaciores, per Α circumflexum efferebant.

Pro ~~Part.~~ praes. ~~p.~~ a themate primitivo deducitur part. praet. pass. jnātas, γνωτὸς. Sunt alia derivata:

{Eo magis consonantes ~~aequitas~~ radicis Indicae ~~incipit~~ jn pro iisdem habendae sunt, quum verbum Graecum et Latinum exhibet, quod nullam omnino vocabulum Indicum ab hisce consonantibus gn incipit.

§ II. Dā, ~~Sup.~~ inf. dātum, dare. Latini themate simpliciter utuntur, verbum Indicum aeque ac Graecum ~~redu~~ διδωμι δοω δί-δωμι, ~~plicationem requirit~~ geminatam consonantem radicalem in tempore praesenti et inde derivatis requirit. Praes. ~~ind.~~ sing: dadāmi, dadāsi, dadāti &c.
Fut. 2 med. 3 p. sing. dāsyatê, δώσεται. Optat. 3 p. sing dêyat, ~~det~~ duit. Praet. perf. med. 1 p. sing. dadê, dedi, 3 p. pl. dadirê, dedere s. dederunt. Derivata: dānam, donum; dātri, δώτης, dator.

§ III. Drā, inf. drātum, ~~f~~ aufugere. Homer. { δρῆναι, unde ἀπέδραν, ἀποδράς. ~~Eo sensu non~~ Ea significatione (in usu) ~~mansit~~ derivatum διδράσκω; primitivum δράω sensum agendi cum vi atque impetu ἀπο accepit, a motu celeri ~~celeri~~ currentis desumtum, quem iam novit Homerus: δρηστῆρες, δρήστειραι, ~~etc.~~

§ IV. Dhā, inf. dhātum, tenere, tueri, curare. Est Graecum τίθημι, et similiter geminatur. Praes. 1 p. sing: dadhāmi.
Fut. 2 med. 3 p. sing. dhāsyatê, θήσεται. Significatio non prorsus eadem esse videtur, sed inest etiam verbo Indico ponendi vis, unde dhātri, numen providum, ~~omnia~~ omnia ordine componens. ~~Θεος~~ ~~Unde~~ Graecum Θεὸς, ~~de quo tot~~ de cuius nominis

originem tot ineptae sunt prolatae ~~originationes~~ hariolationes eodem modo a primitivo verbi πέδησαι derivandum existimo. ~~Ad sensum~~ Inde et Θέμις. ~~Homericum θῦς~~, ~~sermo~~ [meramerium] ~~quem dominus~~ tuetur ~~conditit atque tuetur~~, ~~potius ad sensum Indici verbi spectat, videtur~~.

§ V. Psā, edere. Verba ψάω, ψαύω, sensu ~~tuo~~ hinc sunt ~~videntur~~ aliena, et sed exstat [verbale] ψωμός, quod ~~nem~~ nem esculentam ~~esum~~ [ominis solum] diserte exprimit. Homer. ψωμοὶ ἀνδρόμεοι, frusta carnis humanae, iam comesa.

§ VI. Pā, inf. pātum, bibere. Non confundi debet haec radix cum alia eiusdem significationis: pī, de qua postea. Probe etiam sunt distinguenda quae ~~abeuntur~~ apud Graecos et Latinos ~~sunt~~ alterutri sunt cognata. Pōtare est forma [frequentativa] derivata a ~~supino~~ pōtum, supino positionis simplicis PO.O sive POVO, ~~Verbum~~ [tuo] ~~ipsum, πόω~~, & in ~~Homeri~~ Ab ~~illo~~ [eodem] supino porro descendit substantivum potus, dea Potua, ~~et~~ [poculum] [reliqua] ~~alia~~ notiora quam ut [poculum,] referri mereantur. Verbum ipsum (πόω, s. potius ~~πῶμι~~ ΠΩ-ΜΙ,) in Homeri carminibus non occurrit, sed derivata complura: ~~πόμα, πόσις~~, πότος, ποτός, ή, όν, ποτής, etc. ~~Et exstat exemplum~~ In his corripitur syllaba ~~radicalis~~ [principis], in ἀπιστωτες Od. ... modulum servavit. A ~~vocabulo~~ [verbo] Indico est ~~H~~ pātra, vas potorium, ~~patera an~~ cuius vocabuli similitudo cum Latino pătera an soli casui debeatur, definire non ausim.

§ VII. Pā, inf. pātum, servare, curare, nutrire. Gr. πάω ~~πάω~~, πάομαι. ~~Modulus~~ Modulus syllabae principis est diversus, ~~sed geminatur, ut in quibusdam formis Homericis, ἐπεπάσμαι, πεπασμένος, indicare videtur~~

sed Latini longam vocalem servarunt, ut

~~vocalem olim fuisse productam, ut apud Latinos~~

liquido patet ex pā-bulum.^F Pasco derivatum est a primitivo PAO s. PAVO, unde praet. pavi. Fut. II med. 3 p. sing: pāsyatē; πασεται; pr. perf. act. 1 p. sing: pāpau, quasi ~~πεπαα~~ ΠΕΠΑΑ.

F Eiusdem quantitatis vestigium habemus ~~est~~ in Homerico πᾶσαι: Jonum more α longum a longae ovae, pavit. Huc ~~et~~ referri debent etiam ποιμην, ποιμαινειν.

§ VIII. Bhā, inf. bhātum, lucere, splendere.

Inde substantivum: bhās, lux, φαος; bhāskaras, sol, qui lucem efficit, plane ut φωσφορος.^F Verba Graeca φαω, φημι, quamvis sensu et forma iam apud Homerum distincta, ad eandem originem redeunt, nam quae dicimus, occulta antea in mente, fiunt manifesta et quasi in lucem proferuntur. Lingua latina in ~~fari~~ fa-ri et numerosis derivatis ~~...~~ significationem translatam agnoscit solam, Indica in ~~primitiva~~ propria substitit. Praes. ind. act. sing: bhāmi, bhāsi, bhāti; Dorice: φαμι, φας, φατι; 3 p. pl. bhānti, φαντι. ?

F Porro: bhānus, sol, φανός, φαεινος.

§ IX. ~~Pa~~ Mā, inf. mātum, metiri. Tribus modis diversis declinatur, eodem tamen sensu.^F Primitivum non exstat in lingua Graeca nec Latina, sed derivata illud indigitant: mēta, μετρον, unde metior, μετρεω.* Dubitanter huc advoco μαω, μαομαι, μωομαι, μαιομαι propter sensus diversitatem; veruntamen est quaedam cognatio inter notiones metiendi, aestimandi, et quaerendi (anquirendi, appetendi). Verbum Indicum in quarta conjugatione facit Praes. med. 3 p. sing: māyatē, quod proxime accedit ad μαεται.

F Participium praet. pass. verbi Indici, ~~sit~~ scil. mitas, mitā, mitam corripit primam syllabam.

§ X. Mnā, inf. mnātum, meminisse, memoria tenere. Est alia radix man, scire, intelligere &c., huic affinis, eo magis quod mnā in praesenti tempore et inde derivatis in man mutatur: manāti meminit. Sed apparet iterum integra radix in

Gaf ?

ceteris temporibus: pr. perf. act. 1 p. sing: mămnau, ~~mamnau~~ + meminī; ~~mnās~~ fut. ~~sec~~ 2 act. 3 p. sing: ~~sec~~ mnāsyate, μνήσεται. Μιμνήσκω est frequentativi forma; sed μνη-σάμενος, μέμνημαι, et alia multa apud ~~a~~ Homerum obvia, sunt a themate primitivo, unde et μνήμη &c. Meminī est praeteritum obsoleti ~~mem~~

MENO, unde mens, Minerva.† Dubitari potest, utrum ~~&~~ verbum Latinum ad mnā sive (an) ad man potius referendum sit. Latini enim initio dictionum consonantes hasce simul mn non tolerabant, necessario igitur brevem vocalem interiicere, ~~item~~. Sed parum interest, quum et Indicum mnā eandem conversionem in man patiatur. Vincit tamen prior ratio: nam in memor, μνήμων, altera radicis littera, propter pronuntiandi difficultatem omnino intercidit, et legitur in vetustis inscriptionibus Menerva, quasi Μνησια. Vocalem interiectam ~~est~~ etiam apud Graecos animadvertere licet ~~et~~ in Homerico μενοινα, a themate μένω, unde ~~mens~~ μένος, ~~Late diffusa est huius~~ Μνάομαι eandem significationis ~~mutat~~ conversionem subiit quam observavimus in μήδομαι, ut ~~nempe~~ scilicet ab intellectu ad voluntatem transiret. Late ~~...~~ diffusa est huius stirpis progenies per omnes linguas cognatas. A verbo man dictus est ~~Indorum~~ Mănus, Indorum ille ~~divinus~~ legislator divinus et rex primaevus. ~~Et~~ ~~Habent~~ tenent Aegyptii ~~...~~ Menen, Lydi Manem, simili modo ~~unde~~ (a quo) apud Phryges (Saturni) omnia opera vetusta Manica dicebantur, Cretenses Minoem, Germani Mannum. ~~Quae~~ Quae omnia nomina ex eodem fonte

†A MENO porro derivatum est verbum transitivum moneo.

Indice mănas, mens.

fluxisse, quis dubitet? Involuta est huic fabulae pulcherrima doctrina, hominum societatem ipsa ratione magistra esse conditam, et homines priscos sapientia prae ceteris viguisse. A Manu, ut primo patre, genus humanum nomen traxit; sr. Ind. mânushyas, homo, et prima vocali producta, quod fit in patronymicis mânushas. Similiter inter Germanos Manni nomen adhuc vivit: mann, vir, homo, cum derivatis mennyskion. A mâta, particip. praet. verbi man, formatur mâtis, (femin.) mens, consilium, (μῆτις, Dor. νᾶτις,) unde epitheton ornans deorum aut heroum: mahâmâtis, quasi μεγαμητις, magni consilii capax. Mântrâs, (man) ab eadem radice man, precandi formula, consultatio secreta, deinde incantatio, fascinatio, magnam habet similitudinem cum Graecis: μάντις, μαντεία, μαντεύω &c, sed haec potius ad μαίνω sunt referenda, quod legitime a μάω derivatur. Neque huc Mânes trahendos existimo; scimus enim manum priscos Latinos bonum dixisse et animas defunctorum honoris causa hoc nomine consalutasse; neque Etruscum numen inferorum Mantum, unde urbs Mantua appellata, non ut Graeci fabulantur a Manto Tiresiae filia; neque alia multa quamvis in iis facili negotio ludi possit.

§ XI. Yâ, 2. c. inf: yâtum, (?) ire. Exstat alia radix contractior i, ad quam referenda sunt verba εἶμι et eo. Temperare tamen mihi non possum, quin huc adducam Janum, Latinorum initiorum numen, cuius nomen plane congruit cum substantivo Indico, yânam, (neutr. nom.) iter, profectio.

§ XII Lā, c. 2. inf. lātum, prehendere. Verbum simplex apud Homerum non nisi unico Odysseae loco bis occurrit τ, 229. 230: λάων et λάε. ~~Sub~~ themate ~~λάω~~ ΛΑΩ est desiderativum λιλαίομαι, ~~prehendere cupio~~, quod plane congruit cum desiderativo Indico lilasatē, λιλαίεται, prehendere cupit. Nescio an λάζομαι Homericum ~~quo~~ frequentativi loco sit habendum, contractum ex ΛΑ-άζομαι. Aristarchus ἀπὸ λάω a ΛΑΩ [ΛΑΙ] derivabat: suo periculo dixerit. Sine dubio huc pertinet λωΐον, id quod potius appetendum, eligendum. Est autem re vera ~~[illegible]~~ positivus, quum ~~hoc~~ inveniatur λωΐτερος et λώϊστος. Itidem a ΛΑΩ est λῆμα, quod non Homericum. Knight ΛΑΒΩ, λαμβάνω, huc advocat, verbum prorsus diversum, de quo vide sub radice ~~λαβ~~ labh. De verbo Latino obsoleto LO sive LAO cuius ~~solum~~ solum supinum latum superest, mihi non ~~[illegible]~~ liquet, propter sensus diversitatem. NB. Latum hic non est referendum, videtur excidisse prima littera, ut fuerit tlatum, a τλάω. Est alia forma verbi tollo, tuli.

LV 1

1

170 b

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/82

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/83

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/84

Grammatica Sanscrita

in compendium redacta.

Caput I.

De litteris.

§ 1.

Lingua Indorum prisca, in libris eorum venerandae antiquitatis consignata, a grammaticis Sanscṛita (संस्कृत) dicitur: id est, expolita, castigata. Cui opponitur Prâcṛita, (प्राकृत) lingua vernacula vulgaris, qualis ab ore indocto olim proferebatur.

§ 2.

Ab utraque distingui debent linguae hodiernae per Indiam citeriorem dispersae. Harum recentior est origo: corruptae sunt plerumque e lingua Sanscṛita, declinatione nominum atque verborum mancae, vocabulisque barbaris admixtis.

62000

§. 3.

Varia scripturae genera linguae Sanscritae accommodari possunt, et pro cuiusque provinciae consuetudine a librariis ei accommodantur; ita tamen, ut litterarum numerus, ordo atque potestas, omnia praeter formam, intacta serventur. Sed praestat et antiquitate, et nobililitate, et elegantia, character Dêvanâgaricus, quo nos utimur, post quem proximus in censum venit Bengalicus.

§4.

Uterque character legitur a sinistra versus dexteram, qui mos cuncta scripturae genera, in ipsa India citra Gangem inventa, pervadit.

§5.

Scriptura Dêvanâgarica est quadrata: teguntur litterae a parte superiore linea recta transversa, quae continua fere excurrit supra vocabula singula vel inter se iuncta, nisi quod in codicibus

ele-

elegantioribus syllabae exiguo intervallo a se invicem separantur. Ab hac deducitur alia linea ad perpendiculum directa, deinde in utriusque demum angulo pingitur ipsius litterae figura. Sunt tamen litterae, quae fulcro omnino careant, in aliis quibusdam illud per mediam transit figuram.

§6.

Elementa linguae Sanscritae numero sunt quadraginta novem. Quorum ordo facillimus et maxime usitatus hic est.

Vocales.

Simplices. अ, ă. आ, ā. इ, ĭ. ई, ī. उ, ŭ. ऊ, ū. ऋ, ṛi. ॠ, ṛī. ऌ, ḷṛi, s. ḷi

Diphthongi ए, ê. ऐ, ai. ओ, ô. औ, au. Punctа. अं, am. } (ॡ, ḷṛī, s. ḷī.
अः, ah. }

Consonantes.

	Tenuis.	1. Adspirata.	Media.	2. Adspirata.	Nasalis.
Gutturales.	क, ka.	ख, kha.	ग, ga.	घ, gha.	ङ, nga.
Palatales.	च, cha.	छ, chha.	ज, ja.	झ, jha.	ञ, ṅa.
Cerebrales.	ट, ṭa.	ठ, ṭha.	ड, ḍa.	ढ, ḍha.	ण, ṇa.
Dentales.	त, ta.	थ, tha.	द, da.	ध, dha.	न, na.
Labiales.	प, pa.	फ, pha.	ब, ba.	भ, bha.	म, ma.

Semivocales.

य, *ya*. र, *ra*. ल, *la*. व, *va*.

Sibilantes et spiritus asper.

श, *ṣa*. ष, *sha*. स, *sa*. ह, *ha*.

§7.

Additur hisce littera quinquagesima, ळ, ut videtur, ll duplex Cambrorum, sive ł blaesa Polonorum. Cuius in grammatice nulla est habenda ratio, quum in solis libris sacris vetustissimis (Vêdis) obvia, postea exoleverit. Minus recte, ad numerum quinquagenarium explendum, elementis accensetur a nonnullis littera क्ष, kṣa; quippe quae manifesto est composita, ex क et ष, prorsus ut Ξῖ Graecorum.

§8.

Consonantium nomen latius sumtum, व्यंजन, praeter consonantes proprie sic dictas, amplectitur etiam semivocales, sibilantes et spiritum asperum:

uno

uno verbo, quaecunque elementa non sunt mere vocalia.

§ 9.

Omnes consonantes comitem habent vocalem primam brevem, अ, a̲, quae semper cum illis pronuntiari debet, nisi aut diserte abiiciatur, aut alia vocalis ei substituatur. Signum abiectae vocalis inhaerentis est virgula versus dexteram descendens, (ex. gr. त् t̲,) quod praecipue in clausulis, rarius in mediis vocibus adhibetur.

§ 10.

Litterae Sanscritae proprium sonum habent pro nomine, neque aliter designantur, praeter unicam र, quae रेफ, rêpha, nuncupari solet. Nomen litterarum commune est कार, kâra, forma, species; quod singulis aeque apponitur. अकार, littera A, ककार, littera Ka, et s. p.

§ 11.

Vocales simplices lingua Sanscrita quinque agnoscit. Quantitatis diversitate, dum eaedem aut corripiuntur aut producuntur, decem evadunt. Ipsa litterarum figura quantitatem indicat: similes scilicet sunt longae brevibus, sed ductu quodam calami auctae.

§ 12.

Exsulant a lingua Sanscrita Ἔψιλὸν et Ὀμικρὸν, quorum vice fungitur vocalis prima brevis, अ, ă. Huius igitur usus latissime patet. Profertur autem sono subobscuro, ita ut in vocali correptissima vix A claram atque sonoram agnoscere sibi visi sint Angli. Attamen vera est A, neque aliter nostra scriptura signanda, uti ex synaloephes regulis patet.

§ 13.

Vocales I et U idem valent, quod apud Italos.

Ὕψιλὸν

Ὑψιλὸν vero, quale Graeci olim pronuntiasse creduntur, Francogallorum u, nostratium ü, aeque ignotum est Indis, ac Italis, Hispanis, Anglis.

§ 14.

Duae ultimae inter vocales simplices, ऋ et ऌ, nihil aliud sunt nisi R et L pro vocalibus habitae, quod a ceterarum linguarum ratione plane quidem abhorret, explicari tamen quodammodo potest. Meminerimus primum hasce litteras post mutam apud Latinos positionem non facere. Deinde, quod ad litteram R attinet, in ea mirum quantum variat pronuntiatio tum singulorum hominum, tum gentium universarum. Nam aut excutitur e strictis faucibus cum rauco strepitu, aut lingua vibrante semihiantibus labiis emittitur. Ceterum frequens est R vocalis in lingua Sanscrita, L vocalis contra fere nusquam occurrit nisi in grammaticorum scriptis, et mihi quidem ab his excogitata videtur in

analogiae

analogiae gratiam, nempe ut quaevis semivocalis suam haberet vocalem, e qua formari et in quam converti posset. (

§15.

Diphthongi ए ê, et ओ ô, tum elementis, quorum coniunctione nascuntur, (cf. Cap. II, §5.) tum sono referunt, illa τὸ αι Graecorum hodiernorum, et ai Francogallorum, haec au Francogallorum. Plenius sonant ऐ ai, et औ au, ut iam binas vocales in eadem syllaba concurrentes ai et au clarius distinguas, quemadmodum apud nostrates fieri solet. Cognatae sunt sibi materia elementorum ए et ऐ, ओ et औ. Sed ए et ओ sunt diphthongi primitivae et quasi pondere minores; ऐ et औ ipsa scriptura diphthongos auctiores sese exhibent, quamvis triphthongi dici nequeant.

§16.

Non nisi initio versus, aut vocabuli, aut seriei

serici vocabulorum inter se iunctorum, figura vocalium et diphthongorum integra comparet. In medio et fine compendio scribuntur, praeter primam correptam, अ, quae post consonantem plane non exprimitur. (cf. §9.) Scribendum est igitur et legendum: अक ăkă, आका ākā, इकि ĭkĭ, ईकी īkī, उकु ŭkŭ, ऊकू ūkū, ऋकृ ṛĭkṛĭ, ॠकॄ ṛīkṛī, ऌकॢ lṛĭklṛĭ ॡकॣ lṛīklṛī, एके êkê, ऐकै aikai, ओको ôkô, औकौ aukau.

§17.

Consonantes proprie dictae (स्पृष्ट) in quinque ordines distribuuntur secundum eam oris partem, cuius ope aut contactu lingua singulas effingit. Prima cuiusque ordinis est tenuis, ictu fortiore prolata, tertia ea, quam mediam veteres Grammatici dixere, hodierni fere mollem. Secunda et quarta sunt aspiratae, cognatione cum prima vel tertia inter se discriminatae. Ultimo loco denique ponitur liquida sive nasalis.

§18. aspiratae

§18.

Adspiratae non sunt pronuntiandae more Graecorum, apud quos consonans cum spiritu aspero coalescens prorsus diversa emergit; sed ipsius litterae sono neutiquam mutato post eum adspiratio distincte auditur.

§19.

De gutturalibus nihil aliud monendum, nisi hoc, nasalem huius ordinis eandem esse litteram, quam Graeci, propria nota destituti, per Γάμμα gutturalibus praemissum exprimunt. Quod et Romani aliquando factitarunt, mox ad antiquum scribendi morem reversi. Nihilominus Nigidius apud Gellium*) huius litterae ab N dentali plane diversam indolem luculenter definit.

*) Noct. Att. L. XIX, C. 14. Inter litteram N et G, est alia vis, ut in nomine anguis et angaria et ancora &c. In omnibus enim his non verum N sed adulterinum ponitur. Nam N non esse, lingua indicio est. Nam si ea littera esset, lingua palatum tangeret.

§ 20.

Palatalibus caruit lingua Graeca et Latina, sed plures linguae hodiernae, tum Europaeae, tum Asiaticae, iis abundant. Tenuis inter palatales, च, est Anglorum et Hispanorum ch, Italorum C ante vocales E et I; media, ज, Anglorum j, Italorum G, iisdem vocalibus excepta. De quorum elementorum simplicitate dubitare noli, eo quod Galli et Germani, a quorum linguis sunt alienae, tribus aut quatuor litteris cumulatis perperam exprimere eas conantur. Liquida palatalis eum fere sonum habere videtur, quem in voce Italica angelo aliisque similibus ab N pura dentali facile distinguimus. Extra grammaticorum scripta raro sequitur consonantem, raro a vocali excipitur.

§ 21.

Cerebrales dentalibus respondent, et sunt revera dentales, sed lingua ad palati fastigium re-

trorsum

xxtrorsum coacta prolatae, ita ut obtusum quid et κοιλόστομον sonent. Dudum invaluit usus cerebrales eas appellandi; alioquin aptius et proprius ad nomen Indicum (मूर्द्धन्य), mûrddhanya, a murddhan, caput) dici possent occipitales, tanquam ex intimo ore resonantes.

§ 22.

De dentalibus et labialibus, praeter iam dicta de binis adspiratis, nihil, quod moneamus, habemus. De tertia labiali conferatur § 25.

§ 23.

Prima inter semivocales, य ya, est Latinorum I inter binas vocales, vel ante vocalem in eadem syllaba posita, quam Imperator Claudius proprio signo scribi oportere recte contendebat. Saepe enim positione facta, ut in Virgiliano abiete trisyllabo, veram consonantis prodit naturam.

§ 24.

§ 24.

Rêpha sive R consonans, र ra, hoc habet peculiare, quod varias induit formas. Quoties alia consonans eam praecedit, exprimitur linea obliqua huic adspicta et sinistrorsum descendente (प्र pra); contra, ante consonantem singulam aut plures, versui superimposita tanquam lunula figuratur. (अर्थ artha.) Idem fieri solet ante vocalem ऋ, si quando hae litterae concurrunt. (Ex. gr. नैर्ऋत, nairṛita.)

§ 25.

Quarta semivocalis, व va, eandem vim habet quam Latinorum Vau. Regni Bengalici incolae (vt Hispani fere) mediam labialem, ब, ab ea pronuntiando distinguere nequeunt: quamobrem in codicibus, et in editionibus Calcuttae Brachmanum eruditorum cura procusis, hae litterae, figura simillimae, quanquam indole omnino diversae, plerumque vitiose confunduntur. Summopere igitur

ad

ad eas discriminandas grammatica ratione opus est.

§ 26.

Ultima inter sibilantes (स) ea sono profertur, quo sibilans a Graecis hodiernis et Hispanis ubique; ab Italis, Francogallis, Anglis initio vocabulorum. Secunda (ष) est sibilus crassior, sonus simplex, multis ille linguis communis, sed varie expressus: apud Anglos per sh; apud nostrates, incommode sane, per sch, apud Italos per sc ante e et i; apud Francogallos per ch. De prima sibilante inter se dissentire videntur Angli: alii enim s solam, alii sh ei substituunt*). Haec est Indorum propria, sedulo a reliquis sibilantibus discernenda.

*) Huc vergere videtur Persarum pronuntiatio: ab his enim traditum est Europaeis nomen provinciae Cashmir, quod Indice कश्मीर scribitur.

§ 27.

Littera postrema, mera adspiratione constans, hactenus diversa est a Graecorum spiritu aspero

et

et Latinorum H, quod praeponi potest semivocalibus et quibusdam liquidis, tum ab initio, tum in media voce, quamobrem Graeci in celeberrimo Brachmanum nomine ब्राह्मण, per Χ suum hanc litteram expresserunt. Est autem vera consonans, quippe quae positionem faciat.

§28.

Puncta, quamvis a Grammaticis accenseantur vocalibus, indole sua potius consonantes referunt, a quibus hoc solo discriminantur, quod vocalem ante se postulant, post se respuunt. Utrumque enim facit positionem cum littera sibi subiuncta. Et prius quidem (अनुस्वार, anusvara, quasi μεταφωνῆεν diceres) quamlibet nasalem repraesentat, proxime sequenti consonanti adfinem; alterum, praecedenti vocali spiritum addens, ab ellipsi nomen gerit, (विसर्ग, visarga) quia locum litterae omissae, स् vel र्, plerumque supplet.

§29.

§ 29.

Consonans, vocali non interiecta, aliam consonantem praecedens, coniunctim cum ea scribitur. Quod partim fit fulcro expuncto; in litteris, quae fulcro ad dextram apposito carent, variis modis: ita ut consonantes coniunctae eo quo se excipiunt ordine, aut a sinistra, aut a fastigio deorsim scribantur. In hisce scripturae compendiis facile singularum litterarum figuram paululum immutatam dignoscas, duobus exceptis: क्ष pro क् et ष, et ज्ञ pro ज् et ञ. Ad complexus litterarum difficiliores vitandos signum apocopes supra memoratum (§ 9.) vel in mediis vocabulis in auxilium advocare licet.

§ 30.

Aphaeresis signum loco vocalis अ elisae apponendum, (v. c. कोऽर्थः pro को अर्थः) plerumque in codicibus negligitur, dictionibus inter se continuatis.

§ 31.

§ 31.

Quoties nasalis in semivocales य, ल vel व transit, punctum semicirculo inclusum supra lineam ponitur, (ँ) ut scias liquidam finalem (अनुस्वार) loco suo cessisse.

§ 32.

Grammatici docent, spiritum finalem (विसर्ग) ante litteras क, ख, प, फ, . aliam formam (ᳶ) assumere posse, a similitudine tuberum in fronte elephanti गजकुम्भ dictam. Quod ideo monui, ne quid praetermissum videatur: etenim hoc signum, ac pronuntiandi modum vix nobis imitabilem pertinens, nihil in grammatice efficit; nec unquam in codicibus manuscriptis me illud videre memini.

§ 33.

In fine sententiae vel versus linea recta (।) apponitur, eadem in fine distichi geminatur. (॥) Nullam praeter hanc interpunctionis verborum notam admittit lingua Sanscrita.

§ 34.

Indorum grammatici non solum consonantibus proprie sic dictis et in quinque ordines digestis, sed ceteris etiam elementis quibuscunque, sedem suam assignant, id est partem aliquam oris, qua figurantur. Unde nascitur haec divisio, magni in conversionibus litterarum momenti.

Gutturales. क, ख, ग, घ, ङ, ह, अ, आ.
Palatales. च, छ, ज, झ, ञ, य, श, इ, ई.
Cerebrales. ट, ठ, ड, ढ, ण, र, ष, ऋ, ॠ.
Dentales. त, थ, द, ध, न, ल, स, ऌ, ॡ
Labiales. प, फ, ब, भ, म, उ, ऊ.
A gutture et palato prolatae: ए, ऐ.
A gutture et labiis: ओ, औ.
A dentibus et labiis prolata: व.

§35.

Dividuntur porro consonantes latiore sensu acceptae in lenes et asperas. Lenes sunt tenues, mediae et nasales, cum semivocalibus; asperae secunda

et

et quarta quinorum ordinum, sibilantes et adspiratio.

§36.

Notetur denique earundem litterarum alia divisio in mutas et sonoras. Mutae sunt quae in quinis consonantium ordinibus primum et secundum locum occupant, cum tribus sibilantibus; sonorae, consonantes ceterae, semivocales, adspiratio.

Caput II.

De coniunctione litterarum.

§ 1.

In omnibus linguis litterae contiguae vel vicinae plus minusve sese afficiunt mutuo, secundum leges quasdam naturales articulandae vocis; sed non in omnibus aeque id patet, imo in plerisque grammaticos eiusmodi mutationes latuerunt, quoniam scriptura negliguntur. In lingua Sanscṛita, utpote suavitatis et aptae verborum compagis maxime studiosae, sunt frequentissimae, et, quidquid est pronuntiandum, accurate scribitur. Late igitur in ea patet doctrina de litteris rite coniungendis: neque haec ad concursum fortuitum dictionum in orationis tenore tantummodo refertur; valent eadem praecepta in formandis vocabulis compositis, plerumque etiam in derivandis atque declinandis ope syllabarum affixarum.

De

De coniunctione vocalium.

§ 2.

Vocales variis mutationibus sunt obnoxiae: possunt enim aut coalescere, aut in semivocales suas converti, aut prorsus elidi, aut saltem loco cedere, aliaque vocali suppleri.

§ 3.

Vocales binae simplices concolores (सवर्ण concolor, ὁμογενής) invicem se excipientes in singulam productam coalescunt. Habentur autem concolores, quae eiusdem sunt soni, sive correptae, sive productae. Praeterea a grammaticis Indicis ऌ concolor esse dicitur vocali ऋ. Sed huius doctrinae nullus est usus, quandoquidem littera ऌ vix semel aut bis occurrit, nusquam ita posita, ut haec synaeresis locum habere possit.

अ + अ, अ + आ, आ + अ, आ + आ = आ

इ + इ, इ + ई, ई + इ, ई + ई = ई, et s. p.

§. 4.

Vocalis अ, tum correpta, tum producta, quandocunque a vocali simplici discolore excipitur, aut cum ea in diphthongum concrescit, aut, quoties hoc fieri nequit, illam in semivocalem convertit.

§ 5.

Vocales इ vel ई, et उ vel ऊ, praecedente अ vel आ, cum hac coniunctae efficiunt diphthongos ए et ओ, (cf. C. I, § 15.) qua in re quantitas coëuntium vocalium nullum facit discrimen.

अ + इ, आ + इ, अ + ई, आ + ई = ए.

अ + उ, आ + उ, अ + ऊ, आ + ऊ = ओ.

§ 6.

Ante vocales ऋ et ऌ, sive breves, sive longas, अ immota manet, illas autem convertit in semivocalem utrique cognatam. Idem efficit आ, sed

ipsa

ipsa corripitur.

अ + ऋ } = अर्   आ + ऋ } = अर्, et s. p.
अ + ॠ }   आ + ॠ }

§ 7.

Vocalis अ vel आ cum diphthongis subeuntibus ए et ओ coalescit, easque auget. (cf. C. I, § 15.)

अ } + ए = ऐ.   अ } + ओ = औ.
आ }   आ }

§ 8.

Vocalis अ vel आ, quando a diphthongis ऐ et औ excipitur, simpliciter in eas abit, quum amplius augeri nequeant.

§ 9.

Ceterae vocales simplices, praeter अ et आ, sequente vocali <u>discolore</u> (cf. § 3.) simplici vel diphthongo, quaeque in suam semivocalem convertuntur. (cf. C. I. § 14.)

§10.

Diphthongi omnes, vocalem qualemcunque, sive simplicem sive diphthongum antecedentes, in elementa sua resolvuntur, quorum ultimum deinde in semivocalem transit. Quocunque tandem modo antea conflatae sint e diversae quantitatis vocalibus diphthongi (cf. § 5 & 7.) quaevis earum semper eadem exhibet elementa: ए resolvitur in अ et इ, ओ in अ et उ, ऐ in आ et इ, औ in आ et उ; unde porro fit conversione: अय्, अव्, आय्, आव्.

§11.

Nulla alia vocalis euphoniae gratia prorsus eliditur, ita ut syllabarum numerus una minor fiat, praeter अ correptam, neque alio loco quam initio dictionum, et solis diphthongis ए et ओ praemissis. Quo facto aut aphaeresis nota (cf. C. 1. § 30.) apponitur, (praesertim quando ă elisa vim negativam habet) aut continuantur scriptura vocabula, quorum posterius, a capite mancum,

interdum

interdum ne pronuntiari quidem potest nisi auxilio diphthongi praecedentis.

Ex. दृष्टोऽन्तः, pro दृष्टो अन्तः, visus finis.

De hiatu.

§ 12.

Quamquam in universum lingua Sanscrita hiatum religiosissime vitet, in quibusdam tamen verborum iuncturis eum admittit, imo postulat.

§ 13.

Locum suum tuentur, etiamsi proxime sequens vocabulum a vocali incipiat: 1, ई, ऊ et ए, casum dualis numeri designantes; 2, vocales, quibus interiectiones aut consistunt, aut terminantur; 3, clausula vocativi, cum vehementiore affectu proferendi. Vocativus quietae allocutioni inserviens communem synaloephes legem servat.

§ 14.

§ 14.

Diphthongum ए in fine vocabuli, quando ab alia vo-lia vocali quam अ correpta excipitur, abiicere licet, ita qui-ita quidem, ut in eius locum subeat अ correpta, ultimae consonanti adhaerens, nec syllabarum numerus imminuatur. Quo facto hiatus porro non tollitur.

§ 15.

Spiritu finali secundum certas regulas abiecto, (cf. § 58.) similiter vocales contiguae coalescere nequeunt.

§ 16.

Omnino hiatus toleratur in fine sententiae, et quandoque oratio cessationem aliquam vocis postulat, quod saepe locum habet in fine hemistichii.*) Ultra versus clausulam autem nunquam litterarum coniunctio progreditur.

*) Bhag. Gît. Lect. II, dist. 50, v. 1:

बुद्धियुक्तो जहातीह । उभे सुकृतदुष्कृते ।

Ib. Lect. XII, dist. 8, v. 2:

निवसिष्यसि मय्येव । अत ऊर्ध्वं न संशयः ।

De augmentis vocalium.

§17.

A supradictis vocalium mutationibus, cum mera additione e binis correptis producta, vel e binis simplicibus diphthongus emergit, sedulo distinguenda sunt augmenta, quae non euphoniae gratia adhibentur, sed formandis novis dictionibus inserviunt.

§18.

Augmentorum duplex est genus: quorum prius grammaticis Indicis गुण, i. e. attributum, qualitas, alterum वृद्धि, incrementum, audit. Commode hanc diversitatem, summi in omni ratione grammatica momenti, augmenti minoris et maioris nomine designare possumus. Augmentum minus

est

est, quando इ vel ई in ए; उ vel ऊ in ओ; ऋ vel ॠ in अर्; ऌ vel ॡ in अल् transit; augmentum maius, quando अ in आ, इ, ई et ए in ऐ; उ, ऊ et ओ in औ; ऋ vel ॠ in आर्; ऌ vel ॡ in आल् convertitur.

De coniunctione consonantium.

§ 19.

Consonantes variis modis mutantur contactu aliarum consonantium, quibuscum, nulla intercedente vocali, eodem tractu sunt pronuntiandae; est etiam, quando afficiuntur vi vocalium, aut consonantium longius dissitarum.

§ 20.

Adspirata ante adspiratam in lenem convertitur.

§ 21.

Consonans sonora ante mutam ipsa in mutam sui ordinis, consonans muta ante sonoram e contrario in sonoram sui ordinis transit. (cf. C. I, § 36)

§ 22

§ 22.

Duplex haec regula in singulam redigi potest: tenuis et prior adspirata quinorum ordinum tenuem, media et altera adspirata mediam ante se postulant. (cf. C. I, § 17.)

§ 23.

Sibilantes, consonantem sine vocali praecedentem, qualiscunque sit, in tenuem convertunt.

§ 24.

Haec praecepta (§ 21–23) restringenda sunt ad consonantes quinorum ordinum primo, secundo, tertio et quarto loco positas, (cf. C. I, § 6.) liquidis exclusis, quae propriis legibus reguntur.

§ 25.

Tenuis, qua vocabulum integrum terminatur, succedente non solum media et altera adspirata, sed quavis etiam alia littera sonora (cf. C. I. § 36.)

vel

vel vocali in mediam ipsi ad finem mutatur. Vocabulum integrum id quoque intelligitur, quod in compositis priorem partem constituit. Cessat autem regula, quatenus non in supra exposita continetur (§ 22.), in syllabis derivandi aut declinandi caussa affixis.

*) Ex. gr. scribitur सदसत् pro सत् असत्, ens, non ens. Quamvis alio respectu praepositiones inseparabiles non pro dictionibus integris, sed pro syllabis praefixis habeantur, servat hanc regulam praepositio उत्. Ex. gr. उद्यान, उदय. Nisi potius dicendum, veram huius particulae formam esse उद्, et mediam finalem ante mutas tantummodo in tenuem converti.

§ 26.

Tenuem, qua vocabulum integrum terminatur, ante liquidam sive nasalem, non solum in mediam, sed praeterea in nasalem sui ordinis convertere licet. In vocabulis compositis vel derivatis

tis syllabarum affixarum ope posterior haec conversio necessario requiritur, *) contra in declinandis verbis locum omnino non habet.

Ex. gr. ex अप्, aqua, et syllabis affixis मय, fit अम्मय, aquosus.

*) Cl. Wilkins hanc legem ad sola derivata restringit, et docet, in compositis ante vocabula a liquida incipientia et mediam et nasalem tenuis loco poni posse. Sed exemplis redarguitur: जगन्नाथ mundi dominus, ex जगत् et नाथ; मरुन्माला, herbae species, ex मरुत्, ventus, et माला, corolla; वाङ्मुख, sermonis exordium, ex वाक् pro वाच् et मुख; et s. p. Numquam enim aliter scribitur. Idem fit particula उत् liquidis praeposita: उन्नत, उन्मत्त, etc. Cf. § 25. *).

§ 27.

Dentales (त्, थ्, द्, ध्, न) ante consonantes palatales et sibilum eiusdem sedis (च, छ, ज, झ, ञ, श) in palatales, ante cerebrales (ट, ठ, ड, ढ, ण), excepta

ष,

ष, in cerebrales convertuntur, supramonitis praeterea observatis.

§ 28.

Dentales (त्, थ्, द्, ध्, न्,) quando a semivocali ल excipiuntur, in hanc ipsam transeunt, adeoque eam geminant.

§ 29.

Tres consonantes liquidae sive nasales: ङ्, ण्, न्, in fine vocabuli post vocalem correptam positae, alia vocali succedente, geminantur.

§ 30.

Inter litteram न् finalem et tenuem vel priorem adspiratam ex ordine palatalium, cerebralium, dentalium (च, छ, ट, ठ, त, थ) sibilans est inserenda, consonanti sequenti adfinis. (Cf. C. I, § 34.) Quo facto, ipsa न् in punctum superscriptum abit.

§ 31.

§ 31.

Pro म् finali, nisi a vocali excipiatur, ubique punctum subvocale (अनुस्वार) substituere licet.

§ 32.

Praemissis cerebralibus hisce: ष, sive diserte scripta, sive in क्ष latente) र, ऋ, ॠ, (cf. C. I, § 34.) liquida dentalis न, in cerebralem ipsi respondentem, ण, convertitur; non solum, quando illas attingit, sed quamvis in alia syllaba sit posita, aut pluribus etiam syllabis interiectis, quousque idem vocabulum, sive simplex, sive compositum, excurrit. Dirimitur effectus, vel consonante aliqua ex ordine palatalium, cerebralium, dentalium, vel sibilante, vel littera ल intercedente. Porro locum suum tuetur न् in fine vocabuli, aut cum alia littera sui ordinis praeter se ipsam coniuncta.

§ 33.

Semivocales य, र, व cum vocali correpta ipsis inhaerente

inhaerente, interdum in vocalem singulis respondentem transeunt. (cf. C. I, § 14.)

§ 34.

Praemisso <u>repha</u>, lunulae figura superposito, (cf. C. I, § 24.) consonantem quamcunque, praeter sibilantes et spiritum asperum, geminare licet *). Enimvero quum iam exstet positio, nihil hoc facit ad quantitatem, et sine necessitate litterae cumulantur. Praestare igitur videtur simplicior scribendi modus, quamquam usus contrarius invaluerit in codicibus, magisque etiam in impressis

*) Si Grammaticos Indiae hodiernos audias, multo liberius vagatur litteras geminandi licentia. Sed quae operose disseruntur de hisce aliisque orthographiae variationibus, sunt merae quisquiliae. Nihil tale legitur in codicibus manuscriptis. Ea sola est genuina verborum scriptura, quae naturaliter fluit ex elementis et litteris vel syllabis affixis.

§ 35.

§ 35.

Repha numquam geminatur.

§ 36.

In particulis nominibusque, in र् vel स् desinentibus, quando priorem in compositis locum obtinent, substituendus est ultimae litterae spiritus finalis, (विसर्ग) experturus deinde conversiones legitimas. (cf. § 41.)

§ 37.

Sibilum palatalem श, tenui (क्, च्, ट्, त्, प्) praemissa, licet commutare cum priore adspirata ex palatalium ordine, छ. Quo facto ceterae tenues immotae manent, त् et ipsa in च् convertitur. (cf. § 27.)

§ 38.

Sibilus cerebralis ष consonantem dentalem primam, alteram et quintam (त, थ, न,) sibi subiunctam in cerebralem

rebralem eiusdem numeri convertit.

§ 39.

In mobilibus dictionum terminationibus pro sibilo dentali, स्, substituitur spiritus finalis (:).

*) Maximi momenti est haec regula. Meminerimus, ut elucescat analogia linguae Indicae cum Graeca et Latina, spiritum finalem (in declinatione et coniugatione) ubique स् elisum repraesentare. Simile hoc est illi, quod poëtas Latinos vetustiores factitasse videmus, nempe ut postremam syllabam vocabulorum in ŭs desinentium ante consonantem corriperent. Sed apud Indos hac elisione ne positio quidem tollitur. (cf. C. I, § 28.)

§ 40.

Initio syllabae suffixae positus sibilus dentalis, स, praecedente prima, secunda, tertia aut quarta gutturali (क्, ख्, ग्, घ्) transit in sibilum cerebralem, ष, qui cum illa concrescens litteram

duplicem

duplicem क्ष efficit.

*) In fine et initio dictionum integrarum, etiamsi vocabulum compositum efficiant, collocatae क् et स sibi invicem non repugnant. Ex. gr. त्वक्सार arboris nomen, e त्वक् pro त्वच्, cortex, et सार, medulla.

§41.

Ante primam et alteram palatalem, et sibilum eiusdem sedis (च, छ, श) sibilus dentalis स् et ipse in श, ante primam et alteram cerebralem et sibilum eiusdem sedis (ट, ठ, ष) in ष convertitur.

§42.

In ipso dictionis individuae corpore nulla vocalis praeter अ et आ sibilum dentalem, स, subiungi sibi patitur. Alia qualibet vocali simplici vel diphthongo antecedente, स initio syllabae suffixae, vel vocabuli integri, cui praefigitur aliquid,*) posita, in ष transit.

*) Hoc

*) Hoc praecipue valet in augmento praeteriti perfecti, et in praepositionibus aliisque particulis inseparabilibus, quae verbis nominibusque a capite adduntur. Quum enim eiusmodi praepositiones et particulae nusquam seorsim compareant, non pro dictionibus integris habentur, sed pro syllabis praefixis. Cessat regula in vere compositis.

§ 43.

Spiritus asper, ह, cum media (ग्, ज्, ड्, द्, ब्) antecedente coalescit in alteram eiusdem ordinis adspiratam (घ, झ, ढ, ध, भ); quo facto littera secundum regulam supradictam (cf. § 20.) geminatur, ne pereat positio.

§ 44.

Littera छ inter vocalem correptam et aliam qualemcunque subsequentem collocata, geminari debet, tenui sui ordinis praemissa. (cf. § 20.) Quod

tamen

tamen in codicibus plerumque negligi observavimus.

De conversionibus puncti subvocalis.

§ 45.

Punctum subvocale, (अनुस्वार) quod liquidam indefinite repraesentat, interdum per litteram exprimi debet, plerumque aut servari aut converti potest, denique est, ubi commutare illud omnino non liceat.

§ 46.

In clausulis, quoties vocabulum sequens a vocali incipit, puncto subvocali in litteram म conversa dictiones scriptura continuantur.

§ 47.

Ante consonantes quinorum ordinum punctum subvocale aut scribi potest, aut in liquidam litterae sequenti adfinem converti.

§ 48.

Ante sibilantes, semivocales et spiritum asperum numquam loco suo cedit punctum subvocale.

De conversionibus spiritus finalis.

§ 49.

Spiritus finalis (विसर्ग) variis mutationibus est obnoxius: convertitur enim interdum in स्, in उ, in र्, aut plane etiam expungitur; quarum conversionum ratio tum a vocali praecedente, tum a littera proxime sequente pendet.

§ 50.

Spiritus finalis plerumque adhibetur in declinatione et coniugatione. Omnes enim nominum casus et verborum personae, secundum grammaticorum formulas in स् desinentes, huic litterae in ipsa oratione punctum geminum substituunt. In quibusdam autem particulis nominibusque, quae suapte natura sine ulla inflexione in र् vel स् desinunt

sinunt, substituitur spiritus finalis, ut compositioni accommodentur. Vterque huius signi vsus easdem fere conversiones postulat; in quibusdam tamen composita leges peculiares adfectant.

§ 51.

Spiritus finalis, quo integrum vocabulum terminatur, quaecunque tandem vocalis vel diphthongus antecedat, locum suum tuetur ante mutas ex ordine gutturalium et labialium (क, ख, प, फ); ante mutas trium reliquorum ordinum (च, छ, ट, ठ, त, थ) contra in स् transit.

* Cl. Wilkins insigni errore adserit (p. 31, § 47) ante omnes mutas ~~prim~~quinorum ordinum pro puncto gemino sibilum substitui. Quod si verum esset, facile foret ad demonstrandum, nusquam spiritum finalem stare posse immotum, nisi in fine sententiae aut versus. In compositis quidem interdum स् substituitur ante litteras क et प; nec tamen ubique.

§ 52.

§ 52.

Ante sibilantes liberum est, aut ponere punctum geminum sine mutatione, aut convertere illud in litteram स. In codicibus Devanagaricis prius, in editionibus Calcuttensibus posterius plerumque fieri solet. Mihi quidem potior est codicum auctoritas; praeterea commodior est ille scribendi modus in separandis dictionibus, quum iam satis multae, etsi grammatice sunt discretae, scribi debeant eodem tractu.

§ 53.

Sibilus dentalis, puncto gemino substitutus, deinde secundum leges ipsi peculiares in ceteras sibilantes transire potest. (cf. § 41 et 42.)

§ 54.

Post अ correptam subeunte consonante aliqua sonora (cf. C. I, § 36.) spiritus finalis mutatur in उ, quae coalescens cum vocali antecedente efficit

ficit

ficit diphthongum ओ.

§ 55.

Idem fit, quandoque terminatio अः excipitur ab अ correpta, initio proximi vocabuli posita. Quo facto, hiatus vitandi gratia, vocalis, quae mutationis occasio fuerat, ipsa eliditur. (cf. § 11.)

§ 56.

Quacunque alia vocali vel diphthongo antecedente praeter अ et आ, spiritus finalis ante vocales et consonantes sonoras, Repha excepto, in litteram र् convertitur.

§ 57.

Ante Repha, utpote quod geminari nequit, spiritus finalis vocali productae vel diphthongo subiunctus, simpliciter abiicitur; si antecedat इ vel उ correpta, huius productione compensatur.

§ 58.

Porro abiicitur spiritus finalis: 1., praecedente अ correpta, subsequente vocali vel diphthongo quacunque, praeter अ correptam; 2., praecedente आ producta, ante vocales omnes, et consonantes sonoras; 3., in nominativo masculino pronominum demonstrativorum सः et एषः ante consonantes omnes.

§ 59.

Spiritu finali expuncto, hiatus inde ortus non amplius tollitur. (cf. § 15.)

§ 60.

In compositis spiritus finalis convertendi ratio paullo est intricatior, quam ut paucis explicari possit. Quaedam supra monui. (cf. § 50 et 51.) Non idem est utrum pro र् an pro स् primitiva substitutus sit spiritus finalis: littera, quam repraesentat, fruitur quadam praerogativa. Sed occurrunt

runt

runt hac in re inaequalitates nonnullae, de quarum caussis fateor mihi nondum satis liquere.

Ad Synopsin

Caput III.

De litteris Indicis.

Inter varia, quibus Indi hodie utuntur, scripturae genera, praecipuum est Devanagaricum, (Hierapolitanum commode vertere possis) fortasse a civitate sancta Banarasa ita dictum. Sunt eius litterae quadratae, forma elegantissima; leguntur a sinistra versus dextram. Proximum est Bengalicum, leviore pennae sive styli ductu a Devanagarico deflexum, facilitatis gratia commendabile. Sed quocunque tandem charactere utantur Indi hodierni in transscribendis libris vetere lingua compositis, semper idem est elementorum numerus, eadem potestas: unde quidquam mutare non nisi gravissimo grammatices detrimento coneris.

Sanam rationem sonos Indici oris litteris Latinis exprimendi primus docuit Guilelmus Jones, vir de Asia erudita meritissimus; excoluere deinde VV. Cl.

Colebrooke et Wilkins. Ceteri fere Angli, critico acumine destituti, et vitiis suae linguae obnoxii, cuius pronuntiatio a scriptione, scriptio a vera litterarum, praesertim vocalium, natura pertinaci inconstantia aberrat, nil nisi meram barbariem protulerunt. Sequor igitur rationem Caroli Wilkins, eam quam in Grammatica sua exposuit; nam in Hitopadesae versione pravae consuetudinis ipse exemplum dederat.

Sunt autem litterae Indicae numero quadraginta ~~octo~~ septem, duobus punctis additis, quae litterarum vice funguntur, ~~quinqua~~ quadraginta novem. Quarum series, apud grammaticos maxime usitata, haec est.

Vocales simplices.

Breves: ă. ĭ. ŭ. ṛĭ. ḷĭ.

Eaedem longae: ā. ī. ū. ṛī. ḷī.

Diphthongi.

ê. ô.

Diphthongi auctiores.

ai. au.

Consonantes

	Tenuis.	Aspirata.	Media.	Altera aspirata.	Liquida.
Gutturales:	ka.	kha.	ga.	gha.	nga.
Palatales:	cha.	chha.	ja.	jha.	nja.
Cerebrales:	ṭa.	ṭha.	ḍa.	ḍha.	ṇa.
Dentales:	ta.	tha.	da.	dha.	na.
Labiales:	pa.	pha.	ba.	bha.	ma.

Semivocales.

ya. ra. la. va.

Sibilantes.

ṣa. sha. sa.

Spiritus.

ha.

Puncta.

Anusvaras est punctum lineae impositum, quo significatur liquida in fine syllabae, quaecunque sit, cognata consonanti proxime sequenti. In fine locutionis sive versus habet potestatem liquidae labialis (m).

Visargas consistit duobus punctis in ipsa linea positis (:), et designat spiritum finalem.

Nunc de singulis, quae explicatione indigent, pauca adiiciam.

Tres priores vocales, tum correptae, tum productae, eodem modo pronuntiantur quo apud Italos. Prima brevis (ă) tamen exiliore sono effertur, utpote vocalis brevissima, fere ut Gallorum e sine accentu. Nihilominus ea littera naturam suam probe servat: nam duabus ă brevibus coalescentibus semper efficitur ā longa. Si aliam vocalem in exprimendis dictionibus Indicis ei substituas, periculum est, ne omnis grammatices ratio turbetur. Et eodem ~~iam~~ sono iam veteres Graeci hanc litteram auditu perceperant, ut patet e nominibus Indicis quibusdam, quae Graece scripta exstant. Ex. gr.: Γάγγης, Indice Găngā (fem. gen.); Σανδρακόττας, de quo multa narravit Megasthenes, dici debuit inter populares Chăndrăguptas; μαρτιχώρας, fabulosum animal, quod teste Ctesia homines devorabat, facile intelligitur fuisse mărtyaghōras, mortalium terror. Idem observare licet in mercibus nonnullis ex Asia advectis, quarum nomina Indica simul cum ipsa re Graeci

a Phoenicibus forte vel Syris accepere: ut mărăkatas', smaragdus; contracte μάραγδος, deinde per corruptionem σμάραγδος. Neque aliter accidit in nominibus, quae Europae gentes serius ex Indorum sermone vulgari acceperunt, deducta tamen a lingua prisca: naranje, pomum aurantium apud Lusitanos, Indice nārāngas'; camphora, Indice cărpūram; palanquin, Indice pălyănkas', etc.

Brevis ă tantum in dictionum initio diserte scribitur; suapte enim natura consonantibus omnibus inhaeret, et ubicunque non est elisa, aut alia vocali substituta, aut consonantibus pluribus inter se unitis, intelligi debet. In fine dictionum eam abiectam esse, linea obliqua consonanti finali addita indicat. Nomina igitur litterarum veram earum pronuntiationem exprimunt.

Illud quidem ab usu ceterarum linguarum abhorret, quod Indi litteras r et l non solum inter consonantes, sed etiam inter vocales recensent. Quarum haec (li sive lri) conficta mihi a grammaticis

videtur nullum alium ob finem, nisi ut quaevis semivocalis suam haberet vocalem, unde converti et in quam iterum transire posset; nusquam fere enim haec littera occurrit nisi apud grammaticos. Illius (ri) contra usus est frequentissimus, et omnino servat ea vocalis naturam. Quod eo facilius intelligetur, si quis reputaverit, quam diversum sonet haec littera, apud Gallos exempli gratia et apud Italos.

Pro veris diphthongis sunt habendae ê et ô, nascuntur enim e concursu duarum vocalium: ă sive ā, addita ĭ sive ī, fit ê; addita ŭ sive ū, fit ô. Pronuntiantur autem plane ut Gallorum diphthongi ai et au, ex iisdem elementis compositae.

Plenius sonant ultimae Indorum diphthongi (ai et au), quarum de natura nulla iam erit disceptatio. Auctiores dixi, quoniam ê et ô, praemissa ă sive ā, in eas convertuntur; triphthongos dicere nolui, quae, sequente alia vocali, non in tria sed in duo elementa (āy et āv) resolvantur.

Quod ad consonantes attinet, statim in oculos incurrit, alphabetum Indicum duobus ordinibus et una littera in quovis ordine auctius esse quam Graecum. Nimirum consonantes Graecae, exclusis duabus semivocalibus et sibilo, secundum eandem regulam sic ordinari possunt.

	Tenuis.	Adspirata.	Media.	Liquida.
Gutturales:	Κ.	Χ.	Γ.	ΓΓ.
Dentales:	Τ.	Θ.	Δ.	Ν.
Labiales:	Π.	Φ.	Β.	Μ.

Liquida primi ordinis signo peculiari caret, exprimitur per γ sequente κ, χ, vel γ, et eodem modo profertur quo Indorum nga, plane ut n finalis Gallorum. Porro Indi binas habent adspiratas cuiusque ordinis, Graeci non nisi singulam. Etsi Graecis hodiernis eatenus [aliqua] cum Indis convenit, ~~ut~~ [quod] medias [enim] paullisper adspirant, nec puras proferunt nisi tenues emollitas post liquidam. An eadem fuerit veterum Graecorum pronuntiatio, nolo nunc inquirere.

?

X?

Cerebrales nihil aliud sunt nisi dentales,

modo paullum diverso prolatae, lingua versus palatum retracta, unde efficitur sonus quidam obtusior (κοιλόστομος), quasi ex intimo oris recessu profectus, in quo imitando exteri frustra laborant. Eae interdum dentalibus substituuntur secundum certas regulas; in multis autem vocabulis ad ipsam radicem pertinent, nec unquam loco suo cedunt.

Ignoravit ~~etiam~~ praeterea lingua Graeca, et hodie ignorat palatales, quibus frequentissime utuntur plures Europae gentes. Prima earum ab Italis scribitur per simplicem c, sequente e vel i (cella, cintola), ab Anglis et Hispanis per ch (church, muchacho). Tertiae vicem sustinet apud Anglos j (joy), apud Italos g, sequente e vel i (gelo, giro). Adspirata huius generis non occurrit, nisi forte in Russorum lingua.

Primam et alteram liquidam doctissimus Wilkins duobus elementis (ng, ny) exprimit. Sed in dictionum serie hoc omitti potest, imo debet, ne falsa oriatur

de coagmentatis consonantibus opinio. Numquam enim hae litterae ponuntur inter duas vocales, et ex ipsa sequentis consonantis natura patescit, quaenam liquida quovis loco sit intelligenda.

Semivocales ya, ra, va, formantur e vocalibus iis, quibus sunt affines (i, ṛi et u) et rursus in eas transeunt; ultima la locum suum semper fere tuetur. Prima est Latinorum i consonans, quam geminatam scribi Ciceroni placebat (v. c. POMPEIIVS); e vocali conversam poetae post aliam consonantem ita adhibuerunt, ut positionem efficeret, quod observare licet in trisyllabis apud Virgilium: abiete, ariete.

Va est v consonans Latinorum, cujus vice apud Graecos olim digamma fungebatur. Etrusci quoque hanc litteram agnoscunt, neque in scriptura ut Latini cum v vocali confundunt, sed proprio reddunt signo.

Secunda et tertia inter sibilantes multis linguis sunt communes. Harum prior (sh) sibilo crassiore profertur, quem variis modis

designant diversae gentes: Angli per sh; Galli per ch; Itali per sc, i vel e sequente; Germani, incommode sane, per tres litteras sch. Ultima sibilans est simplex s, qualem Itali et Galli initio dictionum, Hispani et Graeci ubique pronuntiant. Prima sibilans Indorum est propria: eam Wilkins per ṣ puncto supposito scribit, Colebrooke per sh accentu adiecto. Haec a grammaticis Indicis recensetur inter palatales, altera inter cerebrales, tertia inter dentales.

Memoranda ~~debet~~ est hoc loco unica consonans composita, quae scripturae compendio inservit, ut Z, Ξ, Ψ, apud Graecos. Constat haec e prima gutturali et altera sibilante: Wilkins eam in elementa sua (ksha) resolvit, sed elegantius et commodius, quum nulla inde confusio oriri possit, utemur littera composita x.

Adspiratio potestatem quidem suam in omnibus consonantibus adspiratis exercet, sed seorsum scripta affinis est gutturalibus, et a Graecis, id quod cele-

berrimo

berrimo exemplo docemur, sequente alia consonante per χ reddebatur. Quos enim Βραχμᾶνας sive Βραχμανοὺς dixerunt, eorum nomen Indicum est brăhmăn sive brăhmănă.

Visargae nomen omissionem significat, et substituitur haec nota interdum litterae ra vel sibilanti cuidam, ad ipsam vocis radicem pertinentibus, saepissime vero in terminationibus nominum et verborum ultimae sibilantis vice fungitur. Transit secundum certas regulas in s vel r, et alias patitur conversiones, quas hic exponere nihil attinet. Extra seriem orationis in singulis vocabulis optimum mihi visum est, exprimere hanc notam non, ut Wilkins fecit, per h, sed per s', apostropho addito. Ita Visargas probe distinguitur a sibilantibus, et clarius elucebit Indicarum flexionum cum Graecis et Latinis similitudo. Hoc me Indorum grammatici docuerunt: qui ubicunque in ipso sermone visargas substituitur, in schemate coniugationis et declinationis generali diserte litteram s ponunt.

Hoc loco autem observandum, s finalem, apud complures gentes negligentius pronuntiatam, labente tempore ius civitatis quo olim fruebatur plus minusve amisisse. Id etiam in lingua Indorum accidisse, et inde visargae notam ortam esse suspicor. Sane Herodotus testatur, omnia Persarum nomina virilia nullo excepto in litteram s exire*), quod aliter quam de nominativo casu intelligi nequit. Eadem littera apud Indos primi casus character perpetuus est, praesertim in nominibus masculis; sed in sermone substitui sibi patitur visargam, nec nisi in concursu certarum consonantium denuo ipsa prodit. Quam arcta autem intercesserit cognatio inter veteris Persidis linguam et Indicam, nota res est. Etrusci contra, gens Pelasgica, in nominibus non solum ipsorum propriis, sed etiam Graecis, s finalem prorsus abiecerunt, ut videre licet in titulis sepulcralibus, pateris, gemmis, ceterisque eorum monumentis. Tum apud vetustiores poetas Latinos s finalis, posita post u brevem, quando consonante excipitur, non efficit positionem*);

*)

*)

quod seculi Augustei scriptores tanquam duriusculum vitarunt. Denique vel apud Homerum in ~~nominativo quorundam~~ ~~quibusdam~~ nominum ~~casibus~~ s finalem abiectam deprehendere mihi videor: sed pauca sunt eius rei vestigia, ac mature hic usus exolevit.

Caput IV.

Indicarum litterarum cum Graecis et Latinis comparatio.

Quum multo curiosius apud Indos soni diversitas scriptura distinguatur quam in ulla alia lingua, nemo mirabitur quod in tanto litterarum Indicarum numero singulis litteris Graecis et Latinis varias Indicas respondere iubeamus. Neque suspecta inde fiet vocabulorum quam monstrabimus similitudo, tamquam fortuita aut cavillationibus extorta: nihil enim ad arbitrium nostrum componemus, omnia certis regulis definientur.

In vocalibus hoc inprimis tenendum, quantitatem earum maioris esse momenti quam qualitatem. In illa mire congruunt linguae cognatae, etiamsi in delectu vocalium, quibus syllabae eiusdem moduli explentur, in diversa abeant. Profecto multo melius grammaticae rationi consultum foret, si Graeci, quod Simonides in duabus vocalibus excogitavit, ut

duplici signo productam a correpta discreverit, id in omnibus fecissent, et ipsa scriptionis specie docuissent, quaenam syllabae producendae, quae corripiendae; et longae utrum propter vocalis naturam, an propter positionem producendae. Peior etiam est Latinorum conditio, qui vocales longas a brevibus plane non distinguunt, et, quod mirari licet, vocali o, qua per tot secula caruissent, tandem in Latium advecta, promiscue usi sunt, nec umquam Simonidis litteram civitate donarunt.

Inter litteras Indicas uni fere ă brevi contrarium accidit quam ceteris. Quum enim lingua Indica vocales breves ĕ et ŏ non agnoscat, late illa dominatur, et plura aliarum linguarum elementa repraesentat, Graecorum dico litteras ε et ο, Latinorum praeter has etiam ŭ brevem. Hanc fallacis dissimilitudinis caussam ante omnia explicandam censui. Qua bene perspecta, iam mihi concedent docti harum rerum iudices, ut hoc exemplo utar, vocabulum Indicum pădăm (spatium, solum, planities) totidem litteris referre Graecum πέδον, quocum et sensu, et originis

communione, et modulo syllabarum, et ipso genere neutro congruit.

Diphthongis parcius utuntur Indi quam Graeci, et hiatum quam maxime fugiunt. Est igitur frequens apud eos vocalium in semivocales conversio, prima vocali brevi accedente, unde maior syllabarum numerus exsistit.

De consonantibus Indorum iam monui, cerebrales recidere ad dentales, palatales reduci debere ad gutturales, nempe cha ad k vel χ, et c vel qu; ja ad γ et g. Adspiratam huius ~~gen~~ ordinis, chha, poni video in vocabulis Indicis quibusdam, quae in linguis cognatis a consonantibus iunctis, sk, sχ, sc, incipiunt. Binae cuiusque ordinis adspiratae uni Graecorum respondent, Latinorum etiam tenuibus et mediis, quandoquidem hi nullam aliam adspiratam praeter labialem (F) habent.

Omnino quod inter consonantes eiusdem ordinis reperitur discrimen, non nimis premendum est: facilis enim ab una ad alteram transitus, qua de re dudum convenit inter omnes originum indagatores.

Prima inter sibilantes hoc proprium habet, quod ab Indis interdum substituta est gutturali, quam ceterae linguae cognatae exhibent. V. c. dăṣă, decem, δέκα; ṣănkha, concha, κόγχη, &c. Altera et tertia sibilans uni Graecae respondent.

His praemissis, elementorum tabulam proponam, ad quam tamquam ad amussim exigi poterit comparatio harum linguarum ulterior.

Litterae

Indicae.	Graecae.	Latinae.
ă.	ᾰ, ε, ο.	ă, ĕ, ŏ, ŭ.
ā.	Dorice et Aeol. ᾱ Jonice η et ω.	ā.
ĭ.	ῐ.	ĭ.
ī.	ῑ.	ī.
ŭ.	ῠ. Hanc vocalem Aeoles eodem modo proferebant quo Indi et Latini.	ŭ.
ū.	ῡ, ου.	ū.

ṛi, respondet in utraque lingua literae ρ, r, praecedente aut sequente vocali.

ḷi, non occurrit.

é.	η, αι,	ē, ae, more antiquo ei, ai.
ô.	ω.	ō.

Z

ai.	η, αι.	ē, ae; ei, ai.
au.	αυ.	au.
ka.	κ.	k, qu.
kha.	χ.	—
ga.	γ.	g.
gha.	χ.	h.
nga.	γγ.	n gutturali sequente.
cha.	κ, χ.	c, qu.
chha.	σκ, σχ.	sc.
ja.	γ.	g.
jha, raro occurrit.		
nya.	ν.	n.
ṭa, ta.	τ.	t.
ṭha, tha.	θ.	—
ḍa, da.	δ.	d.
ḍha, dha.	θ.	—
ṇa, na.	ν.	n.
pa.	π.	p.
pha.	φ.	f.
ba.	β.	b.
bha.	φ.	f.
ma.	μ et ν finalis.	m.
ya.	ι.	i consonans, i vocalis.
ra.	ϱ.	r.

la.	λ.	l.
va.	Ϝ Digamma, interdum υ.	v, consonans, u vocalis.
ṣa.	σ, interdum κ.	s, interdum c.
sha, sa.	σ.	s.
ha.	χ, spiritus asper.	h.

(·)

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/156

LV 2^a

Consensus grammaticus linguae sanscriticae cum graeca et latina.

Paradigmata declinationum.

Declinatio prima.*)

Exemplum gener. mascul. देवः, dêvăh, (deus, divus, θεος.

Sing.

1. Nominativo. देवः, dêvăh. deŭs, divŭs, θεŏς. abit visargah in s.
2. Accusativo. देवं, dêv ăm. deŭm, divŭm, θεŏν.
3. Executivo. देवेन, dêvênă.
4. Dativo. देवाय, dêvāyă. deō, divō, θεῷ. (Ωι, jota subscriptum, antiquitus pronuntiatum, obtinet locum ay.
5. Ablativo. देवात्, dêvāt.
6. Possessivo s. Genit. देवस्य, dêvásyă. Consentit hic casus cum Decl. 3. gen: os et is.
7. Locativo. देवे, dêvê.
8. Vocativo. देव, dêvă! Consentit cum Voc. Decl. 2 in ĕ & ě, et cum Voc. graec. 1 Decl. masc. α, omittitur enim visargah sicuti s nominativi.

*) Continet ea nomina in अ et आ exeuntia.

Secutus sum doctissimi Wilkins scribendi rationem, cum quod existimavi literas aspiratas, i.e. kh, gh, ph, bh, th, dh, th, dh, scribendas esse minuto charactere supra appenso, hoc modo: k^h, et sic porro, ut distinguatur aspiratio a litera h. Praecipue notanda est est quantitas, etiam vocum latinarum & graecarum quoniam in ea mirus apparet consensus. Vocalem brevem accentu notavi, quoties syllaba producitur positione. Vocalibus ê et ô circumflexum imposui, ut statim intelligeretur, eas re vera esse diphthongos. Ê fortasse melius per æ exprimeretur, cum eodem modo pronunciatur, et sic in conjugatione medii et passivi, (scribendum status) ut clarius eluceat consensus cum lingua Graeca. Diphthongos ai et au nota syllabae longa insignivi, ut admoneretur lector non esse dissolvendas.

Dual.

1. 2. Nom. Acc. देवौ, dêvāu. θεῶ.
3. 4. 5. Exec. Dat. Abl. देवाभ्यां, dêvābyām. θεοῖν.
6. 7. Poss. s. Gen. Locat. देवयो, dêvăyô.
8. Vocativo. देवौ, dêvāu.

Plural.

1. Nom. देवाः, dêvāh.
2. Acc. देवान्, dêvān.
3. Exec. देवैः, dêvaih.
4. 5. Dat. Abl. देवेभ्यः, dêvêbyăh.
6. Poss. s. Gen. देवानां, dêvānām. (divûm, divorum.)
7. Locat. देवेषु, dêvêshu. (diveis, divis.)
8. Vocat. देवाः, dêvāh.

Exemplum feminini gener. विधवा, vidʰăvā, vid Lat. vidua.

Sing.

1. Nom. विधवा, vidʰăvā. vidua.
2. Acc. विधवां, vidʰăvām. viduam.
3. Exec. विधवया, vidʰăvăyā. consentit cum abl. viduā.
4. Dat. विधवायै, vidʰăvāyai. viduae.
5. 6. Abl. Poss. विधवायाः, vidʰăvāyāh. (consentit cum gen. obs. in as.
7. Locat. विधवायां, vidʰăvăyām.
8. Vocat. विधवे, vidʰăvē.

Dual.

1. 2. 8. Nom. Acc. Voc. विधवे, vidʰăvē.
3. 4. 5. Exec. Dat. Abl. विधवाभ्यां, vidʰăvābʰyām.
6. 7. Poss. Locat. विधवयोः, vidhăvăyōh.

Plural.

1. 2. 3. Nom. Acc. Vocat. विधवाः, vidhăvāh. Consentit cum acc: viduās.
3. Exec. विधवाभिः, vidhăvābhih. } viduābus.
4. 5. Dat. Abl. विधवाभ्यः, vidhăvābhyāh. }
6. Poss. s. gen. विधवानां, vidhăvānām. viduarum.
7. Locat. विधवासु, vidhăvāsŭ. (viduis.)

Ex. gener. neutr. दानं, dānăm. nom. verbal. dandi actus, donum.

Sing.

1. 2. Nom. Acc. दानं, dānam. donum. δῶρον.

3. Exec. दानेन, dānēna.

4. Dat. दानाय, dānayă. δώρῳ.

5. Abl. दानात्, dānāt. dono.

6. Gen. दानस्य, दानस्य, dānásyă.

7. Locat. दाने, dānê.

8. Voc. दाने, dānê.

Dual.

1. 2. Nom. Acc. दाने, dānê. δώρω.

3. 4. 5. Exec. Dat. Abl. दानाभ्यां, dānābyām. δώροιν.

6. 7. Gen. Loc. दानयोः, dānăyōh.

8. Voc. दानाः, dānah.

Plural.

1. 2. Nom. Acc. दानानि, dānānĭ. dona. δῶρα.

3. Exec. दानैः, dānaih.

4. 5. Dat. Abl. दानेभ्यः, dānēbyăh.

6. Gen. दानानां, dānānām. donorum. δώρων.

7. Loc. दानेषु, dānēshŭ. donis. δώροισι.

8. Voc. दानानिः, dānānih.

Ex. adjectivi per tria genera. कृतः, कृता, कृतं, kṛitah, kṛita, kṛitam.
Respondet adjectivis Graecis Latinisq; 1 & 2 declinationis.
Conferri poterit cum κριτος, κριτη, κριτον, et cretus, creta, cretum
tum propter soni, tum propter sensus et originis similitudinem

Sing.

	Masc.	Fem.	Neutr.
1. Nom	कृतः, kṛităh.	कृता, kṛita.	कृतं, kṛitam.
2. Acc.	कृतं, kṛităm.	कृतां, kṛitām.	कृतं, kṛităm
3. Exec.	कृतेन, kṛitenă.	कृतया, kṛităyā.	कृतेन, kṛitenā.
4. Dat.	कृताय, kṛitāyă.	कृतायै, kṛitāyai.	कृताय, kṛitāyă.
5. Abl.	कृतात्, kṛitāt.	कृतायाः, kṛitāyā.	कृतात्, kṛitāt.
6. Gen.	कृतस्य, kṛitásyă.	कृतायाः, kṛitāyā.	कृतस्य, kṛitásya.
7. Locat.	कृते, kṛite.	कृतायां, kṛitāyām.	कृते, kṛite.
8. Voc.	कृत, kṛită.	कृते, kṛite	कृते, kṛite

Dual.

1. 2. Nom. Acc. कृतौ, kṛitau, कृते, kṛite. कृते, kṛite.
2. 3. 5. Exec. Dat. Abl. कृताभ्यां, kṛitābhyām. per omnia genera.
6. 7. Gen. Loc. कृतयो, kṛităyô. — — —
8. Voc. कृतौ, kṛitau. कृते, kṛite. कृताः, kṛitāh.

Plural.

1. Nom. कृताः, Kṛĭtāh. कृताः, Kṛĭtāh. कृतानि, Kṛĭtānĭ.
2. Acc. कृतान्, Kṛĭtān. कृताः, Kṛĭtāh. कृतानि, Kṛĭtānĭ.
3. Exec. कृतैः, Kṛĭtaih. कृताभि, Kṛĭtābhĭ. कृतैः, Kṛĭtaih.
4. 5. Dat. Abl. कृतेभ्यः, Kṛĭtebhyăh. कृताभ्यः, Kṛĭtābhyăh. कृतेभ्यः, Kṛĭtebhyăh.
6. Gen. कृतानां, Kṛĭtānām. per omnia genera.
7. Loc. कृतेषु, Kṛĭteshŭ. कृतासु, Kṛĭtaṣŭ. कृतेषु, Kṛĭteshŭ.
8. Voc. कृताः, Kṛĭtāh. कृताः, Kṛĭtāh. कृतानि, Kṛĭtānĭ.

Secunda declinatio.

continens nomina in इ et उ exeuntia.

Ex. gener. mascul. ~~अग~~ अग्निः, ăgnĭh. ignis.

Sing.

1. Nom. अग्निः, ăgnĭh. ignis.
2. Acc. अग्निं, ăgnĭm. ignem.
3. Exec. अग्निणा, ăgnĭṇā.
4. Dat. ~~अग्न्ये, ăgnyĕ. igni~~. अग्नये, ăgnăyĕ. igne.
5. Abl. अग्नेः, ăgnĕh. igne. (potius consentit cum gen. lat.
6. Gen. अग्नेः, ăgnĕh. ignis.
7. Loc. अग्नौ, ăgnŏ.
8. Voc. अग्ने, ăgnĕ.

Dual.

1.2.8. Nom. Acc. Voc. अग्नी, ăgnī.

3.4.5. Exec. Dat. Abl. अग्निभ्यां, ăgnibhyām.

6.7. Gen. s. Poss. Locat. अग्नयो, ăgnăyô.

Plural.

1. Nom. अग्नयः, ăgnăyăh. ignes, igneis.

2. Acc. अग्नीन्, ăgnīn.

3. Exec. अग्निभिः, ăgnibhih. } ignibus.

4.5. Dat. Abl. अग्निभ्यः, ăgnibhyăh. }

6. Gen. अग्नीणां, ăgnīnām. ignium.

7. Loc. अग्निषु, ăgnishū.

8. Voc. अग्नयः, ăgnăyăh. ignes.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/164

Vocabula

in Wilsoni Lexico omissa.

अतिग, infn. transgressus, ulterior factus. Vishnu Nam. Sah. Sl. 8. सर्वदुःखातिगो भवेत्.

गौण, infn. virtute praeditus, efficax. Derivatum a गुण, augmento maiore. V. N. S. Sl. 15. &

यानि नामानि गौणानि.

छंदोनुष्टुप् et अनुष्टुप्छंदः m. nom. Epitheta ~~Krishnae~~ Vyasae: qui metro anushtubh dicto oracula sua edit. Sl. 16 et 18. ऋषिरनुष्टुप्छंदः

दैत्यांत, masc. Daemonum exterminator. Epitheton Krishnae.

क्षोभणो देवः. Sine dubio a radice क्षुभ्, sed sensus non liquet.

नंदकिन्, m. nom: -की. Epitheton Krishnae ab ense नंदक. qu. cf. Wilson.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/166

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/167

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/168

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/169

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/170

LV 2 b

Consensus etymologicus linguae Sanskriticae.

cum lingua Graeca, Latina, Etrusca, cum variis linguae Theotiscae dialectis, Gothica, Saxonica, Francica, Alemannica, Scandica s. Islandica, denique cum linguis Sclavonicis.

देवः, devah. divus, deus. θεος.

शाला, śālā. fem. Franc: Sala, v. Schilt. Saal, Oberl. atrium, magnum conclave, coenaculum, aula &c.

विधवा, vĭdhăvā. f. Lat. vidua. Theot: witwe. Angl. widow. Belg: weduw Goth: viduvo. Franc: uuitua, ap. Offr. Anglosax: widwa. Ital. hodiern: vedŏvă, eadem hiatus vitandi cura quae in lingua Sanscritica obtinet, plane in antiquissimam formam abiit. Ulph: viduvairnans, ὀρφανός, quod a viduvo sensu generaliore derivatum videtur.

अजा, ăjā. (capra) Graec: αἰξ, αἰγος, acc: αἰγα.

अम्बा, ămbā. (mater.) Fortasse huc trahendum Gothicum: vamba, uterus

अक्का, ákkā. (mater.) Acca Larentia, ~~ea~~ dicta est Faustuli uxor, quae Romulum & Remum enutrivit. Quibus quum matris loco fuerit, appellativum in nomen proprium abiisse existimo.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/171

मतिः, mătĭ f. acc: मतिं, mătĭm, (mens, opinio) respondet Graeco: μῆτις, acc: μῆτιν. Repugnare tamen videtur quantitas. Goth: *mitons*, cogitatio.

मधु, mădhŭ, n. mel. Plane diversa est haec radix a vocibus graecis et latinis idem sonantibus: mel, μέλι. Congruit autem cum Germ. *meth*, mulsum, potus e melle decoctus. v. Wachter. Huc etiam trahendum Graec. μέθυ, n. vinum. Et notandum est τὸ υ ad radicem pertinere, est enim gen. μέθυος, verb: μεθύω.

गौरी, gāurī. f. (puella.) Graec: κόρη.

भ्रू, bhrū, f. (supercilium.) Germ: Braue. ap. Noth: brauuo. v. Wacht. sub. v. *Augbrauuen*, qui tamen in originatione egregie hallucinatur. Non enim huc faciunt βλέφαρα & palpebrae, neque sensu, neque elementis. Potius comparandum erat Graec: ὀφρῦς. Insunt enim vocali brevi tantummodo praeposita literae radicales, et manet *υ*, quae vocalis Indico: ū vel ŭ respondet in casibus obliquis: ὀφρύος.

पितृ, pĭtṛĭ, acc: पितरं, pĭtărăm. भ्रातृ, bhrātṛĭ, मातृ, mātṛĭ. दुहितृ, dŭhĭtṛĭ, pater, πατήρ; mater, μήτηρ, dorice μάτηρ; germ. Mutter; frater, Goth: brothr,*) &c. θυγάτηρ, θυγατρος, Goth: dauthar, &c. Haec cognationis vocabula, quae ~~p~~ non solum in linguis Germanicis sed partim etiam in sclavonicis, jam fere ab omnibus sunt animadversa.

*) Prorsus ab hac familia alienum est Graecorum ἀδελφός, sed extat vox germana inde derivata: φράτρη, curia, tribus et s. p., quasi diceres fratrum consortium. Il. B. 362. 363. φρήτρη.

Minus trita sunt sequentia: देवृ, dêwṛi, (levir) Graec: δαήρ. Doctiss. Knight antiquam formam ita restituit: ΔΑϜΗΡ. Equidem potius digamma inserendum putaverim, ut fuerit ΔΑϜΗΡ, producitur enim prima syllaba: Il. Z. v. 344. Δᾶερ ἐμεῖο![*] – नपृ, náptṛi, nepos, nepot-is. Propius adhuc accedit: neptis. – स्वसृ, svásṛi. ~~sos~~ soror. Nisi fallor, fuit olim sosor, solenni τοῦ s in r mutatione. Goth: svistar. Cf. Wacht. s. v. Schwester.

Notandum, vocalem radicalem ṛi, quae in plerisque casibus obliquis in r consonantem mutatur, omitti in casu recto, quod congruit cum sermone Russico; ibi enim brat, fratrem sonat, matushka, diminut. forma, materculam.

Ceterum quod ad communem linguarum originem attinet, contra vulgarem opinionem, argumentum ex cognationum vocabulis desumtum, non magni mihi ponderis esse videtur. Sacerdotibus ubique cura matrimonii et sanctitatis domesticae commissa erat; fieri igitur potuit ut a sacerdotibus non exteris, novarum legum latoribus, simul cum numinum cultu afferrentur. Videntur praeterea haec nomina ad doctam quandam analogiam efficta, et nescio quid disciplinae secretioris spirant. Alia nomina sine dubio ipsa natura docente apud plerasque gentes in usu erant, quorum in multis etiamnunc exempla deprehendimus. Sic est ap. Homerum: Πάππα φίλ'; Goth: atta, pater, aithei, mater. &c.

*) Huc etiam conducit Latinum levir, d in l converso, eodem modo quo ex δάκρυμα ~~fa~~ factum est lacruma, et s. p.

Similiter numeralibus non nimis insistendum puto: pertinent enim ad arithmeticen, qua tradita et accepta vocabula cuiusque linguae propria facile ex usu abire potuerunt. Hoc certe inde patet, communionem aliquam inter gentes remotissimas aliquando locum habuisse.

रै, rai, (res, bona, divitiae.) nom: राः, rah, acc: ~~रायं~~ रायं, rayām; dat. et abl. plural: राभ्यः, rabhyah. Lat: res, rem, rebus.

गो, gō, (vacca). nom: गौ, gau. Anglos: cu. Germ: Kuh. cf. Wacht.

नौ, nau, f. nom: नौः, nauh. acc: नावं, navam. ναυς, navis, ναυν, navem. In voce nausea servitur antiqua forma latina.

आत्मन्, ātmān. m. nom: आत्मा, ātmā. (air, Spirit, soul, self.) Graec ἀϋτμή, f. ἀϋτμήν, ἀτμός. Goth: ahma, acc: ahman, spiritus. Gloss. Keron. atum. Germ. hodie: athem. Inde verbum: athmen. v. Wacht.

राजान्, rajān. (rex.) nom: राजा, rajā. n radicale in plerisque casibus apparet, in quibusdam excutitur. Prorsus periit in voce latina: rex, reg-is; habetur enim in femin: regina, in regnum et s. p. Goth: raginondin, regnante, ragineis, senator. राज्ञी, rajnī, regina.

युवन्, yŭvăn, acc: युवनं, yŭvănăm, juvenis. In quibusdam casibus declinationis Sanscriticae jam apparet contractio Latinorum in comparativo: jun-ior. dat: यूने, yūnê. In omnibus dialectis germanicis obviam est haec radix: jung, &c., sed nusquam memini eam sine contractione cum v consonante inter j et n interposito efferri.

महत्, măhăt, (magnus.) nom. masc. महान्, mahan. magis, mage ap. Plaut. et Lucret. μεγας, μεγα. In magnus, insertum est n, quod in quibusdam tantummodo Indicae declinationis casibus habetur, ex. gr. nom. plur. महन्तः, măhántăh. In μεγαλος alia litera interposita est inter terminationem et radicem quae miro modo conspirat cum dialectis germanicis. Goth: mikil, v. Stjernhelm. Franc. & Alem. mihil, mihhil, michil. महात्मनः măhātmănăh, magnanimi, μεγαθυμοι. plane more graeco formatum est epitheton.

पाद्, pād. (pes.) D radicale apparet in casibus obliquis Graecorum et Latinorum: πους, ποδ-ος, pes, ped-is. Vocalis longa autem brevis facta est. Goth: fotus. In dialecto Alemann. more solenni t finale cum s coaluit: fuaz, fuoz, fuozi, ~~[illegible]~~ unde hodiernum Fuss. Sed in dialectis German. inferioris, Anglica et scandinavicis manet t.

आप्, ăp. f. (aqua) In plurali solum numero usitatum. Nom. आपः, āpăh. Inquirendum an non occurrat in veteribus Italiae dialectis apa pro aqua; haec enim conversio τοῦ π in qu Latinis solennis fuit, ex doctiss. Knight observatione. Latin: aqua deinde congruit cum Goth: ahva. &c.

द्वार्, dvār, (porta.) θύρα. Germ: thür. Habetur in omnibus fere dialectis theotiscis.

दिव्, div. (coelum.) dat: दिवे, dive. Lat: Dium, Divum, sub dio. Pertinet huc sine dubio dies. Cum Deorum, f. Divorum nomine porro haec sunt conjuncta. Vid. dēvăh. Graec: δῖος, divinus, olim: ΔΙFΟΣ.

मास्, mās. (mensis.) μεὶς, μὴς. In ceteris formis Graecis, et plerisque linguis cognatis n insertum est ante s, vel solum n retentum.

अयुः, āyuh. (aetas.) αἰών, aevum. Goth. aiv, aiva; cf. Junii Gloss. Porro in caeteris dialectis Teutonicis, tam veteribus quam hodiernis

रथः, rathah. (nom. masc. — currus, praecipue currus usui bellico inserviens.) rota, pars pro toto. Theot: Rad.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/176

हंसः, hansah, (nom. masc.) anser, χὴν; Theol. Gans. cf. Plin. gansus.

भाजनं, bhājanam, (neutr. vas, Am. S.: any vessel.) bacchinon, Theol. Franc. cf. Gregor. Turon. IX, 27. "cum duabus pateris ligneis, quas vulgo bacchinon vocant." Hodie: Colon. Latino-barbararum bacinum e vocabulo Theotisco effictum, inde Francogallicum bassin. Cognata sunt Becher, bicchiere &c.

गलः, galah, (masc.) the throat. Lat. gula. Theol. med. aev. der giel, hodie: die Kehle.

श्वशुर, śvaśura, Lat: socer; श्वश्रूः, śvaśrūh, socrus. Praecipue animadvertendum terminationem feminini Latinis prorsus non usitatam in us, cum ipso vocabulo in Latinum sermonem transiisse. Paullo longius abeunt Graeca: ἑκυρός, ἑκυρά, more tamen consueto aspirationem literae sibilanti substituendi. cf. supra cognationum vocabula.

सुदिव्, sudiv, (neutr.) Cas. 1. 2. सुद्यु, sudiu: having a fine sky (epithet of a fine day). Lat: sudum, neutr.; sudus, a, um. Nisi fallor antiquitus in usu fuit sudium. Videtur autem vox composita e diuum, coelum, et particula su, quae respondet Graeco εὖ ~~f. ευ~~, ~~εὐρ~~ [in]. εὐδίων. Hoc fere unicum exemplum apud Graecos occurrit. Forte huc trahendum Latinum sobrius, quasi su-ebrius. Sudum, coelum serenum, ad augurium disciplinam spectat, igitur non mirum formam obsoletam conservatam fuisse. In lingua Indica particulae su auxilio innumera componuntur vocabula.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/177

सर्पः, sarpah, (nom. masc.) serpens. cf. serpo, ἕρπω, cum derivatis.

मरकतम्, (neutr.) marakatam, smaragdus. Hederic. Lexic: μάραγδος, pro σμάραγδος. Imo potius σμάραγδος pro μάραγδος, quod vocabulum ex Indico contractum a mercatoribus cum ipsa gemma ex Oriente ad Graecos sine dubio allatum est.

नाम, nāma. (evidently.) particula affirmativa; Latinorum nam. ~~[illegible]~~, Sed nāma, substant. congruit cum Lat. et Graec. nomen, ὄνομα, et magis etiam cum Theotisco: Namo. Goth: namo. A.Sax: nama, et Sp.

इति, iti; (particula: sic.) Est Latinorum ita.

पात्रं, pātram, n. (a drinking vessel, cup, plate, dish, etc.) a radice पा, pā, bibere. Lat: pătera. Videtur tamen adversari quantitas.

नखः, nakhah, m. (unguis.) Graec. ὄνυξ, ὄνυχ-ος, vocali solito more praepositā. Theot: Nagal, quod videtur esse diminutivum. Paullo longius abeunt Latina: unguis, uncus, ungula, et fortasse ad aliam radicem sunt referenda.

मृ, mṛi, (rad. nuda) mori; infin: मर्तुं, martum, (mortuum.) मृत्यु, mṛityu, mors, mort-is. मृत, mṛita, (m.f.n.) mort-uus. Lingua Graeca cum initio syllabae mr non admitteret, labialem cognatam liquidae substituisse videtur: βροτός, mortalis; (masc: मृतः, mṛitah.) Porro: βρότος, cruor, seu potius caedes. अमृतं, amṛitam, (neutr. cum a privativo compositum.) cibus deorum, dans immortalitatem. ἄμβροτος,

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/178

immortalis, ἀμβροσία. In linguis Teutonicis eadem radix ~~Rabe~~ aliam significationem accepit. Goth: maurthr, caedes, Angl. Sax: morth, morthur, et s. p. Theot: Mord. Simili modo: νέκυς, νεκρός, nex, necis. — Alterum mortis nomen ex eadem radice effictum: मरण, marana, neutr. nom: मरणं, maranam, in singulis literis fere respondet Graeco: μαραίνω, ἐμάρανα. Sed oritur pars similitudinis ex terminationibus, manet tamen prima syllaba ad radicem pertinens. अमर, ămără, immortalis, conferri potest cum ἀμάραντος; est enim quaedam plantarum immortalitas ut non marcescant. Nescio an huc referendum sit marceo, videtur enim gutturalis radici inhaerere.

क्रूर, Krûra, nom. masc: क्रूरः, Krûrah. (crudelis, immisericors, durus, solidus.) Am. Cosh. — Râm. L. 1. p. 104. v. 3. — κρυερός. Hom: κρυερόιο γόοιο. Nec obstat quod a κρύος, frigus, derivatur. Est enim frigus immite quiddam et quo omnia indurescunt. Huc refer Latina cruor, crudus, crudelis.

जल, jălă, neut. nom: जलं, jălăm, aqua. Latine sensu ad aquae frigorem translato: gelu. Olim in usu fuit: gĕlus, gĕlum, immo et Gela, unde nomen ~~urbis~~ amnis Siculi et urbis juxta eum positi deductum. Cf. quae de eo adnotavi: Γέλα. Indicum ज, j, saepissime ~~ap~~ γ & g, in vocabulis Graecis et Latinis respondet. Inquirendum an non apud Indos, inter plura aquae nomina, hujus vocabuli usus praecipuus sit de aqua frigida.

~~मष~~ मूषिक, mûshika, (masc.) Am. Cosh: a rat. μῦς, mûs. & Cave ne propter inflectendi formam tibi persuadeas, το ς meram esse terminationem, nec ad radicem pertinere. ~~Nullus~~ Nullus dubito, priscos Latinos musem pro ~~murem~~ dixisse, sicuti et sosorem dixerunt. ~~Exstant~~ Exstat vox integra in omnibus linguae Theotiscae dialectis, et quidem semper vocali

producta, (Germ. vel. mûs, s. mus) quae deinceps in diphthongum evasit: Maus, angl: mouse. Apud Indos radici affixa terminatio frequentissima tra, ipsis cum Graecis et Latinis communi.

स्वापः, svāpah. (nom.) स्वप्नः, svapnah, (nom.) Utrumque mascul. — Somnus. Prior forma propius accedit ad sōpor, olim procul dubio sopos, altera ad ὕπνος solita apud Graecos conversione sibilantis in spiritum asperum; porro cum ὕπνος et svapna congruit somnus pro sopnus. Verbi radix est: स्वप् svap, dormire, quae apud Latinos sensu transitivo usurpatur: sopio, soporem. Suecis: sofva. Non occurrit apud Ulphilam, sed exstat in Nibelungorum carmine: ent-sweben, sopire. Cf. Gell. L. XIII, c. 9. — Nisi fallor etiam in linguis sclavonicis eadem vox habetur.

LV. A.3

A.

Abrocomis – Ἀβροκόμης – Abrocomes et Hyperanthes, Darii filii, Xerxis fratres 7, 224.

Achaemenes, Ἀχαιμένης, εος – Darii filius 3, 12. Xerxis ex utroque parente germanus 7, 7 n. et 97.

Achaemenes alius, Ἀχαιμένης, εος – Theispei pater, avus Cambysis, 7, 11. auctor regiae stirpis per Darium 7, 11. n.

Achaemenidarum familia nobilissima 1, 125. n. ex qua reges Persidae prognati. ibid.

Agbalus, Ἄγβαλος – pater Merbali. 7, 98.

Amasis, Ἄμασις – vir Maraphius, dux Pers. contra Barcaeos. passim.

Amestris, ~~Otanis~~ Ἄμηστρις, ιος Otanis filia 7, 61. – Xerxis uxor 7, 61. 114.

Amorges, Ἀμόργης — Persarum dux 5, 121.

(Amyntas, Ἀμύντης, εω — pater Gygaeae, quam Bubaris Persa in matrimonium duxit. 8, 136.)

7 Ἀμύντης, εω

Amyntas[7], Asiaticus, Bubaris Persae filius. 8, 136.

Anaphes, Ἀνάφης — Otanis fil., dux Cissiorum in Xerxis exercitu. 7, 62.

(Ἀριαβίγνης)

Ariabignes, Darii fil., Xerxis fr., praefectus classi Xerxis 7, 97.

Ariaramnes, Ἀριαράμνης — Persa, Ionibus favens. 8, 90.

Ariomardus, Ἀριόμαρδος — Artyphii germanus, Caspiorum dux 7, 67.

Ariomardus, Ἀριόμαρδος Darii et Parmyis fil. dux Moschorum et Tibarenorum. 7, 78.

Arizus, Ἀριζος — Gergis pater 7, 82.

Arsamenes, Ἀρσαμένης — Darii fil., Utiorum et Mycorum dux 7, 68.

Arsames, Ἀρσάμης, εος — pater Hystaspis 1, 209. avus Darii 7, 224.

Arsames Ἀρσάμης — Darii fil. et Artystonae Cyri filiae, dux Arabum et Aethiopum 7, 69. (Arsanes)

Artabanus, Ἀρτάβανος — Hystaspis fil., Darii frater 4, 83. Xerxis patruus 7, 10. — Filii ejus Artyphius, Ἀρτύφιος 7, 66. Ariomardus c. 67. et Bagasaces Βαγασάκης c. 75.

Artabates, Ἀρταβάτης, ου — Pharnazathris pater 7, 65.

Artabazanes, Ἀρταβαζάνης, Darii fil, cum Xerxe fratre (ex uno latere) de regno contendit 7, 2. 3.

Artabazus, Ἀρτάβαζος — Pharnacis filius passim

Artachaees, Ἀρταχαίης — Artaei fil. 7,22.

Artachaeus, Ἀρταχαῖος — Otaspis pater 7,63.

Artachaeus, Ἀρταχαῖος — Artayntae pater 8, 130.

~~Ἀρταῖος~~

Artaeus, Ἀρταῖος — Artachaei pater 7,22.

Artaeus, Ἀρταῖος — Azanis pater 7, 66.

Artanes, Ἀρτάνης, εω — Darii frater, Hystaspis filius, Arsamis nepos et pater Phrataguna, quam Darius in matrimonium duxit. 7,224.

Artaphernes, Ἀρταφέρνης — Darii frater eodem patre natus. passim.

Artaphernes, Ἀρταφέρνης, — Artaphernis fil., ἀδελφιδέος Darii passim.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/184

Artaxerxes, Ἀρταξέρξης — filius Xerxis — significat μέγιστος. passim.

Artayctes, Ἀρταΰκτης, ου — Cherasmis filius. passim.

Artaynta, Ἀρταΰντη, — Masistae filia, Dario filio a Xerxe collocata — eadem amasia Xerxis 9, 108.

Artayntes, Ἀρταΰντης, ου — Artachaei filius. passim.

Artazostra, Ἀρταζώστρη — Darii filia. 6, 43. cf. Var. Lect.

Artembares, Ἀρτεμβάρης, εος — vir nobilis inter Medos 1, 114–116.

Artembares, Ἀρτεμβάρης, εος — avus paternus Artayctae 9, 122.

Artobazanes vid. Artab. et conf. Var. Lect. ad 6, 43, 6. et adn. ad

9, 20, 3. 6, 98, 8. 5, 25, 2.

Artochmes, Ἀρτόχμης — Darii gener 7, 73.

Artontes, Ἀρτόντης, — Bagaei pater 3, 128.

Artontes, Ἀρτόντης, εω — Mardonii filius 9, 84.

Artoxerxes vid. Artax. cf. Var. Lect. ad 6, 43, 6.

Artybius, Ἀρτύβιος — 5, 108. 110.

Artyntes, Ἀρτύντης, 8 — Ithamatris fil. 7, 67.

Artyphius, Ἀρτύφιος — filius Artabani 7, 66. Ariomardi germanus c. 67.

Artystona,[7] Cyri filia, Darii uxor amata 3, 88. 7, 69.

7 Ἀρτυβιώνη

Aryandes, Ἀρυάνδης, εω — passim.

Arwenis, Ἀρύηνις — Alyattis filia, Astyagi nubit foederis causa servandi. 1, 74.

Aspathines, Ἀσπαθίνης, εω — Praxaspis pater — passim.

Astyages, Ἀστυάγης, εος — Cyaxaris filius et avus maternus Cyri; Arienin uxorem ducit; Astyagis et Croesi adfinitas — passim.

Atossa, Ἄτοσσα — Cambysis soror et Smerdis, eadem Cambysis uxor, et Magi, et Darii — passim.

Azanes, Ἀζάνης — Artaei filius 7,66.

Badres, Βάδρης — Pasargades 4,167 — Bares, Βάρης nominatur c. 203.

Bagaeus, Βαγαῖος — Artontis filius 3,128.

~~Ba~~ Bagaeus, Βαγαῖος — Mardontis pater. 7,80.

Bagasaces, Βαγασάκης — Artabani filius 7,75.

Bares vid supra Badres.

Belus, Βῆλος — Cephei pater 7, 61.

Boges, Βόγης — passim.

Bryas, Darii et Artystonae filius, 7, 72.

Bubares, Βουβάρης — Persa, Megabyzi filius — passim.

Cambyses, Καμβύσης, — Cyri pater; ei in matrimonium tradita filia Astyagis. passim.

Cambyses, Καμβύσης — Pers. rex, Cyri et Cassandanae filius, ex Achaemenidarum familia — ejus genus Aegyptii falso sibi vindicant. passim.

Cassandane, Κασσανδάνη — Pharnaspis filia, de Achaemenidarum ~~familia~~ stirpe; Cyri uxor, mater Cambysis. 2, 1. 3, 2.

Cepheus, Κηφεύς — Beli filius; Andromedae pater — passim.

Cherasmis, Χέρασμις, ιος — Persa, Artyactis pater. 7, 78.

Chersis, Χέρσις, ιος — Gorgi et Philaonis filius. — passim.

Cranaspes, Κρανάσπης — Mitrobatis filius. 3, 126.

Cyaxares, Κυαξάρης — Phraortis filius, Dejocis nepos — passim.

Cyno, Κυνώ (Graeca lingua, Medorum vero idiomate Spaco Σπακώ) — Mitradatis, bubulci Astyagis uxor — passim.

Cyrus, Κῦρος, — pater Cambysis Cyri patris 1, 111.

Cyrus, Κῦρος — parentes Cambyses et Mandane; avus Astyages; mulus oraculo dictus, quia Semimedus et Semipersa — passim.

Danaë, Δανάη — Acrisii filia, Persei mater — passim.

Darius, Δαρεῖος — ex Achaemenidarum familia, Hystaspidis filius. Darius idem significat quod ἑρξείης. — Darius e Gobryae filia ante regnum tres genuerat filios, quorum natu maximus

Artabuzanes solus memoratur. Ipse declaratus Cyri filias, Atossam et Artystonem, ejusdemque neptin Parmyn, et Otanis fil. Phaedimam in matrimonium ducit; ex Atossa ei quatuor filii nati: Xerxes, Hystaspes, Achaemenes et Masistes; ex Artystone Arsames et Gobryas; ex Parmye Ariomardus. Deinde ex Phratagune, Artanis fratris filia, suscipit Abrocomen et Hyperanthen. Memoratur etiam fil. Darii Ariabignes, matre non nominata. — passim.

Darius II., Xerxis fil., Artayntam uxorem ducit. 9, 108.

Datis, Δάτις, ιος — Medus; ejus filii Harmamithres et Tithaeus. passim.

Daurises, Δαυρίσης — Darii gener. passim.

Dejoces, Δηϊόκης, ου — pater Phraortis, avus Cyaxaris. passim

Dejoces, Δηϊόκης, ου vel εος — filius Phraortis. 1, 96.

Demonous, Δημόνοος — Pentheli pater. 7, 195.

Derusiaei, Δηρουσιαῖοι — Persarum genus. 1, 125.

Dotus, Δῶτος — Megasidri filius 7, 72.

Dropici, Δροπικοί — Persarum genus 1, 125.

Gergis, Γέργις — Arizi filius 7, 82.

Germanii, Γερμάνιοι — Persarum genus. 1, 125.

Gobryas, Γωβρύας — Mardonii pater; ejus uxor, Darii soror; filia, uxor Darii — passim.

Gorgus, Γόργος — Chersis filius 7, 98.

~~Harmamithres, Ἁρμαμίθρης —~~

Harmamithres, Ἁρμαμίθρης — filius Datis; frater Titaei. 7, 88.

Harpagus, Ἅρπαγος — Medus. passim.

Harpagus, Ἅρπαγος — Persa. 6, 28. 30.

Hydarnes, Ὑδάρνης, εος — Persa. — passim.

Hydarnes, Ὑδάρνης, εος — Hydarnis filius. — passim

Hydarnes, Ὑδάρνης, εος — Sisamnis pater. 7, 65.

~~Ὑπ~~ Hymeas, Ὑμέης — Darii gener. — passim.

Hyperanthes, Ὑπεράνθης — Darii filius. — 7, 224.

Hystanes, Ὑστάνης, εος — Badris pater. 7, 77.

Hystaspes, Ὑστάσπης, εος — Achaemenides; Arsamis filius; Darii pater. passim.

Hystaspes, Ὑστάσπης, εος — filius Darii et Atossae. 7,64.

Intaphenes, Ἰνταφέρνης, εος passim.

Ithamatres, Ἰθαμάτρης, εω 7,67.

Ithamitres, Ἰθαμίτρης — fratris filius Artayntae passim.

Macistius, Μακίστιος 9,20.

Mandane, Μανδάνη, Astyagis filia, Cambysi nuptum datur. 1,107.

Maraphii, Μαράφιοι, — Persarum genus 1,125 — 4,167.

Mardi, Μάρδοι — Persarum genus 1,125.

Mardonius, Μαρδόνιος — Gobryae fil. passim. fil. ejus Artontes.

Mardontes, Μαρδόντης — filius Bagaei — passim.

Mascames, Μασκάμης, ~~pa~~ pas-
sim.

Masistes, Μασίστης — Darii et Atossae filius. passim.

Masistius, Μασίστιος — Graecis Macistius, Μακίστιος dictus. passim.

Maspii, Μάσπιοι — Persarum genus. 1, 125.

Mazares, Μαζάρης, ου, Medus passim.

Megabates, Μεγαβάτης, ου — Persa de genere Achaemenidarum; Artaphernis et Darii consobrinus; cujus filiam Pausanias Lacedaemonius ~~ponte~~ in matrimonium sibi desponsavit. 5, 32 sqq.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/194

Megabazus, Μεγάβαζος — Megabatis filius. 7,97.

Megabyzus, Μεγάβυζος — qui et Megabazus nominatur; cf. adn. ad 1,143 — passim.

Megabyzus alius, Ζωπ — Zopyri filius — passim.

Megadostes, Μεγαδόστης, ευ — Mascamis pater. 7,105.

Megasidras, Μεγασίδρας — Doli pater. 7,72.

Mitradates, Μιτραδάτης — 1,110. 111.

Oebares, Οἰβάρης — 3,85 sqq.

Oeobazus, Οἰόβαζος — 4,84.

Oeobazus, Οἰόβαζος — Siromitris pater. 7,68.

Oeobazus, Οἰόβαζος — passim.

Otanes, Ὀτάνης — Pharnaspis filius. passim.

Otanes, Ὀτάνης — Sisamnis filius. passim.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/195

Otanes, Ὀτάνης — pater Amestri-
tidis, uxoris Xerxis 7,61.
pater Patiramphae 7,40.

Panthialaei, Πανθιαλαῖοι
Persarum genus 1,125.

Parmys, Πάρμυς — filia Amer-
dis, Cyri neptis — passim

Pasargadae, Πασαργάδαι Persa-
rum genus. 1,125.

Pasargades Badres, Βάδρης —
4,167.

Patiramphes, Πατιράμφης —
Otanis filius 7,40.

Patizeithes, Πατιζείθης — 3,61 sq.

Pausiris, Παυσίρις, ιος. — Amyrtaei
filius 3,15.

Persae, Πέρσαι — olim Artaei, a Grae-
cis Cephenes nominati, a Perse,
Persei fil., nomen invenerunt —
Nobilissima familia Achae~~mida~~
menidarum. — passim.

Perses, Πέρσης, ου — Persei filius. passim

Perseus, Περσεύς, έως — Jovis et Danaae filius — Assyrius esse a Persis perhibetur — a matre Aegyptius passim

Persidae reges, Περσεΐδαι — passim

Phaedima, Φαιδίμη — Otanis filia. passim

Pharandates, Φαρανδάτης, ου — Theaspis filius. passim.

Pharnaxes, Φαρνάκης, εος — pater Artabazi. passim.

Pharnaspes, Φαρνάσπης, εω — Achaemenides, pater Cassandanae, Cyri uxoris. passim

Pharnazathres, Φαρναζάθρης, ου VII, 65.

Pharnuches, Φαρνούχης, ους — 7, 88.

Pherendates, Φερενδάτης — Megabazi filius. 7, 67.

Phraortes, Φραόρτης, ω — pater Cyaxaris, filius Dejocis. passim.

Phratagune, Φραταγούνη — filia Artanis, uxor Darii, mater Abrocomis et Hyperanthis. 7, 224.

Praxaspes, Πρηξάσπης, εος — passim.

Praxaspes, Πρηξάσπης — Aspathinis filius. passim.

Praxilaus, Πραξίλεως, ω — Xenagorae pater. 9, 107.

Sagartii, Σαγάρτιοι — Persarum gens. passim.

Sandoces, Σανδώκης — Thamasii filius. 7, 194.

Sataspes, Σατάσπης, ου — Achaemenides, 4, 43. Filius Teaspis.

Seldomus, Σέλδωμος — Pigris pater 7. 98.

Siromitres Σιρομίτρης, ου Oebazi filius 7. 68. Masistii pater 7. 79.

Sisamnes, Σισάμνης — Hydarnis filius. 7. 66.

Sisamnes, Σισάμνης, ου — Otanis pater. 5. 25.

Sisimaces, Σισιμάκης — 5. 121.

Smerdis, Σμέρδις, ιος — Cyri filius. passim

Smerdomenes, Σμερδομένης, ους — Otanis filius; Darii ex fratre nepos; Xerxis consobrinus. passim.

Tabalus, Τάβαλος — Persa. 1, 154 sq.

Teaspis, Τεάσπις, ιος — Sataspis et Pharandatis pater. passim.

Thamasius, Θαμάσιος — Sandocis pater. 7,194.

Theomestor, Θεομήστωρ — Androdamantis filius. passim.

Tigranes, Τιγράνης, ὁ — Achaemenides. passim.

Tithaeus, Τίθαιος, — Datis filius. 7,88.

Tritantaechmes, Τριταντaίχμης — Artabani filius. passim.

Tritantaechmes, Τριταντaίχμης, 8 — Artabazi filius. 1,192.

Xerxes, Ξέρξης, 8 — Darii filius ex Atossa, Cyri filia; ejus genealogia 7,11. Xerxes significat bellatorem. passim.

Zopyrus, Ζώπυρος — Megabyzi filius. passim.

Zopyrus, Ζώπυρος — Megabyzi fil., illius nepos. 3,160.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/200

De etymologiis studio in universum et de proposito auctoris instituto.

LV4

De linguae Indicae antiquitate.

De literis Indicis.

Comparatio literarum Indicarum cum Graecis et Latinis.

Quaestiones Homericae.

De antiquissima Graecorum, Etruscorum et reliquarum Italiae gentium scriptura, quatenus eius cognitio utilis esse possit ad origines indagandas.

De caussis conversionum quas lingua Graeca passa est a Pelasgicis inde temporibus usque ad Alexandri Magni aetatem.

De lingua Osca ceterisque Italorum ~~veter~~ priscorum dialectis.

De statu linguae Latinae antequam ad exemplar literarum Graecarum excoleretur.

De prisca declinationis nominum forma apud Graecos et Latinos.

~~Indorum~~ Indica nominum declinatio comparata cum Graeca et Latina.

De pronominibus.

De prisca coniugationis verborum forma apud Graecos et Latinos.

Indica coniugatio comparata cum Graeca et Latina.

De syllabis derivativis.

De nominibus partium humani corporis.

De verbo substantivo.

Radices verborum pluribus linguis cognatis communes.

~~De numeralibus.~~

De particulis indeclinabilibus.

De numeralibus.

De nominibus parentelae cognationis et affinitatis.

De nominibus animalium.

Vocabula varia derivata ordine alphabetico inter se comparata.

Corollaria et conclusio operis.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/204

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id475136454/205